DE ACUSILAO.

DISSERTATIO

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO
UNIVERSITATIS BASILIENSIS PHILOSOPHORUM ORDINE

RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

ARNOLDUS KORDT
ALSACIENSIS.

BASILEAE
EX OFFICINA E. BIRKHAEUSER
MCMIII.

ERICO BETHE

SACRUM.

Acusilai fragmenta usque ad hunc diem bis edita sunt, at semel tantummodo collecta, scilicet a Frederico W. Sturz.[1]) Carolus Mueller[2]) enim Sturzium fere ad verbum exscripsit et — ut pusilla omittam — in ordine tantum fragmentorum disponendorum ab eo discrepat. Tria vero præterea fragmenta addidit: 7 21, Prob. in Verg. Buc. II 48, quod spuriis adnumerandum esse censeo. De nonnullis fragmentis pauca disseruit R. Stiehle in Philologi vol. VIII p. 608—610. Sturzii opus, omnium qui Acusilai fragmenta tractabant utique fundamentum, quamquam a Carolo Mueller paucis auctum est, tamen hodie obsoletum esse neque iam sufficere quicumque accuratius id inspexerit concedet. Quod non est mirum. Nam interim non paucorum librorum codices meliores protracti accuratioresque editiones sunt comparatæ atque, quod summi est momenti, viro docto nota nondum erant volumina Herculanensia, quibus adhuc 8 (scil. frg. 1^4 3 4 6 9 11 28 29) nova debemus fragmenta,[3]) quæ ad auctorem nostrum cognoscendum haud paulum conferunt, ut infra illustrabitur. Præterea Carolus Mueller omnem fere apparatum criticum omisit.

---

1) Pherecydis fragmenta e variis scriptoribus collegit emendavit illustravit, commentationem de Pherecyde utroque et philosopho et historico præmisit, denique fragmenta Acusilai et indices adiecit Fridericus Guilielmus Sturz, ed. alt. aucta et emendata Lips. 1824 p. 214—224.

2) FHG I p. 100—103, additamentum ibid. IV p. 624.

3) Breviter de iis disputavit Buecheler, Jahrb. f. Phil. XCI 1865 p. 513—41, et alii.

Accedit quod numquam adhuc fragmenta accuratius examinata atque tractata sunt. Hic vel illic tantum homines docti occasione data iudicium de aliquo protulerunt fragmento, quibus tamen non semper adstipulandum est — ut taceam de Sittlii [4]) ineptiis qui insolentem parasitum tandem ex historicorum Ionicorum caterva se eiecisse magnopere gaudet. Nominatim commemoraverim quæ Vossius (De histor. Græc. I cap. I p. 12 s. Westerm. et ibid. adn. 31) exposuit, et Muelleri disputationem FHG XXXVI—XXXVIII, præterea quæ breviter et bene complexus est Schwartz (Pauly-Wiss. s. v. Akusilaos); cf. etiam Busolt, Gr. Gesch. I^2 p. 149 s., denique Herm. Diels, Die Fragmente der Vorsokratiker, Berl. 1903 p. 510—511. Ceterum ad cap. I te relego.

Ergo etiam hac ex parte superfluum non est auctori operam dare, num fortasse nonnulla de Acusilao eiusque libro expiscari liceat.

Itaque mihi proposui, primum Acusilai fragmenta tractare; cum deinde quæ revera sint Acusilai enucleavero, non omittam monere, quam artis necessitudinis vinculis noster cum Hesiodo coniunctus sit. Finem dissertatiunculæ nonnullæ quæstiones ad Acusilai libros pertinentes facient.

[4]) Gr. Littgesch. I p. 346. 347.

CAPUT I.

Acusilai fragmenta.

ΓΕΝΕΗΛΟΓΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α'.[5])

A. Cosmogonia.

Frg. 1 (1)[6]) =

1) *Plato, Conviv. p. 178 B* (quem locum excerpsit Stobæus eclog. phys. I p. 22):

Phædrus ad magnam Cupidinis ætatem comprobandam testimonia affert:

Γονῆς γὰρ Ἔρωτος οὔτ' εἰσὶν οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὔτε ἰδιώτου οὔτε ποιητοῦ, ἀλλ' Ἡσίοδος (Th. 116 ss.) *πρῶτον μὲν Χάος φησὶ γενέσθαι,*

αὐτὰρ ἔπειτα

[Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί,
ἠδ' Ἔρος.]

φησι μετὰ τὸ Χάος δύο τούτω γενέσθαι, Γῆν τε καὶ Ἔρωτα, Παρμενίδης δὲ τὴν γένεσιν λέγει,

πρώτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων.[7])

---

[5]) Expressis verbis primo Genealogiarum libro frg. 7 attribuitur, tertio vero frgg. 12 13 14. Cum igitur sine dubio cosmogonia atque theogonia initium fecerint Genealogiarum (cf. frg. 1 et Hesiodum) primo libro assigno fragmenta huc pertinentia; quibus de causis secundo locos adscripserim Argivorum res tractantes, capite IV explicavi; tertii denique libri fragmenta esse putavi supra allata. Cf. quæ unicuique fragmento adposui quæque c. IV. de hac re disserui.

[6]) Muelleri FHG numeros uncis inclusos adposui.

[7]) Hunc Parmenidis locum scholion esse antiquitus in textum receptum dicit Diels (PGF ed. Wilam. III, 1 poet. philos. p. 70 = Vorsokr. p. 127 frg. 13); cf. id. Vorsokrat. p. 510, 40. Vix recte; nam haud dubie Agathon p. 195 C hoc Phædri dictum respicit.

Ἡσιόδῳ δὲ καὶ Ἀκουσίλεως ὁμολογεῖ (*ξύμπφησιν* Stob. quod prob. Diels).

2) *Schol. Theocr. in argum. XIII* (cf. schol. Apoll. Rh. *Γ* 26, ergo = Theo,[8]) cf. de Wilam. Antig. v. Kar. p. 70):

Ἀμφιβάλλουσι, τίνος υἱὸν τὸν Ἔρωτα [*χρὴ νομίζειν*] (add. Wilam.). *Ἡσίοδος* (Th. 120) *μὲν γὰρ Χάους καὶ Γῆς, Σιμωνίδης Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης, Ἀκουσίλαος Νυκτὸς καὶ Αἰθέρος, Ἀλκαῖος Ἴριδος καὶ Ζεφύρου, Σαπφὼ Ἀφροδίτης καὶ Οὐρανοῦ, καὶ ἄλλοι ἄλλων.*

3) *Damascius, περὶ ἀρχῶν c. 124 p. 383 K.:*

Ἡσίοδος (Th. 116 ss.) *δέ μοι δοκεῖ πρῶτον γενέσθαι τὸ Χάος ἱστορῶν, τὴν ἀκατάληπτον τοῦ νοητοῦ καὶ ἡνωμένην παντελῶς φύσιν κεκληκέναι Χάος, τὴν δὲ Γῆν πρώτην ἐκεῖθεν παράγειν ὥς τινα ἀρχὴν τῆς ὅλης γενεᾶς τῶν θεῶν. εἰ μὴ ἄρα Χάος μὲν τὴν δευτέραν τῶν δυοῖν ἀρχῶν, Γῆν δὲ καὶ Τάρταρον καὶ Ἔρωτα τὸ τριπλοῦν νοητόν, τὸν μὲν ἔρωτα ἀντὶ τοῦ τρίτου, ὡς κατὰ ἐπιστροφὴν θεωρουμένην.... Ἀκουσίλαος δὲ Χάος μὲν ὑποτίθεσθαί μοι δοκεῖ τὴν πρώτην ἀρχήν, ὡς πάντῃ ἄγνωστον. Τὰς δὲ δύο μετὰ τὴν μίαν· Ἔρεβος μὲν τὴν ἄῤῥενα, τὴν δὲ θήλειαν Νύκτα· ταύτην μὲν ἀντὶ ἀπειρίας, ἐκείνην δὲ ἀντὶ πέρατος. ἐκ δὲ τούτων φησὶ μιχθέντων Αἰθέρα γενέσθαι καὶ Ἔρωτα καὶ Μῆτιν· Τὰς τρεῖς ταύτας νοητὰς ὑποστάσεις· τὴν μὲν ἄκραν Αἰθέρα ποιῶν, τὴν δὲ μέσην Ἔρωτα κατὰ τὴν φυσικὴν μεσότητα τοῦ Ἔρωτος, τὴν δὲ τρίτην, Μῆτιν. Καὶ αὐτὸν ἤδη τὸν πολυτίμητον νοῦν· παράγει δὲ ἐπὶ τούτοις ἐκ τῶν αὐτῶν* (h. e. ex Erebo et Nocte) *καὶ ἄλλων θεῶν πολὺν ἀριθμὸν κατὰ τὴν Εὐδήμου ἱστορίαν* (frg. 117).

3. *Γῆν*] Ruelle *τὴν* cod. et Kopp.
5. *Γῆν*] v. ad 3.
9. *μίαν*] *πρώτην* Osann. ad Cornut. de N. D. p. 294.

---

[8]) Inveniuntur Theonis sententiæ comparatis Apollonii cum Theocriti Lycophronis Nicandri scholiis; quattuor enim illos scriptores commentariis Theo instruxit.

11. φησὶ] recte Kopp; ποιῶν enim illud (l. 13) sine dubio in Acusilaum spectat sicut etiam παράγει (l. 15). φημὶ W et Hamb.

4) *Philodemus*, *περὶ εὐσεβ. p. 61 (tab. 137, 13) G.*[9])

.... Ἀκουσί[λ]αος [δ' ἐκ] Χάους πρώτον [τἆλ]λα· ....

Eundem Acusilai locum a tribus auctoribus, Platone Theone Damascio sive Eudemo, nobis servatum esse apparet; Philodemus non de Cupidinis parentibus verba facit, sed breviter tantum primordia rerum commemorat.

Hesiodum itidemque Acusilaum Platonis ex mente Cupidinis parentes ignorare eo efficitur, quod Phædrus id ipsum demonstraturus est. Sed licet Acusilaus Hesiodum secutus sit tamen eum poetæ locum ita intellexisse non probabis. Non enim necessaria erat hæc interpretatio.[10]) Accedit aliud, quod nos Platoni fidem habere prope vetat; philosophus enim Phædrum sophistam captiosum illudit ideoque sine ulla diligentia atque fide memoriter hanc genealogiam proferentem facit.[11]) Itaque facillime fieri potuit, ut philosophus, quoniam de aliquo Hesiodi Acusilaique consensu cognovisset (et revera Chaos apud utrumque rerum primordium fuit), ita de his auctoribus loqueretur, tamquam omnino consentirent. Quamobrem Platonem hac in quæstione diiudicanda dimittamus.

---

[9]) Philodemus fortasse etiam hoc ex Apollodori περὶ θεῶν libro hausit (utrum ex ipso an per alterum diiudicari nequit), cf. Muenzel, Quæstiones myth. Berol. 1883; Susemihl, Alex. Littg. II p. 42/43 adn. 58.

[10]) Cf. testimonia scriptorum quæ Rzach (Hesiodi carmina, Lips. 1902) ad Theogoniæ v. 116 s. congessit. — De Cupidine Hesiodeo ab ipso huius carminis scriptore plane in incerto relinquimur, cf. Schœmann, Opusc. II p. 62. 66. 67.

[11]) Cf. aliud eiusdem Phædri enuntiatum: *γονῆς γὰρ Ἔρωτος οὔτ εἰσὶν οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὔτε ἰδιώτου οὔτε ποιητοῦ.* Quod quam audacter dictum sit, elucet iam ex Theocr. Arg. id. XIII et præsertim ex eiusdem dialogi p. 203 B, quo loco idem Plato *Πόρον* et *Πενίαν* parentes Cupidinis habet. Itidem versus Phædr. p. 252 BC allatos a philosopho inventos esse Schœmann (l. c. p. 86 adn. 50) probabiliter exposuit. — Quare meo iudicio necesse non est, ut cum Lipsio (Quæst. logogr. p. 10) Platonem defendamus.

De Theonis stemmate non est quod dubitemus.[12]) At, si quis illum ne Hesiodi quidem opinionem accurate proferre contendat, ei obvertendum est, aut fortasse scholion a posteriore quodam excerptore indiligenter traditum aut, quod iam supra monui, veteres locum Theogoniæ Hesiodeæ variis modis interpretatos esse.

Damascius se Acusilai opus non inspexisse sed ex Eudemo Aristotelis discipulo hausisse ipse fatetur: *κατὰ τὴν Εὐδήμου ἱστορίαν*. Neoplatonicum vero sua sponte sicut alia ita Cupidinis parentes finxisse veri est dissimillimum, quippe cum iam Antagoras Crantorem secutus hanc genealogiam respexerit, notum igitur fuerit hoc stemma iam initio tertii a. Chr. n. sæculi.[13]) Antagoras unum filium, tres liberos Damascius commemorat. Itaque id, quod tres Noctis Erebique liberi nominantur, Damascium indicare videtur.[14]) Certe non omnia, quæ hoc Damascii loco leguntur, Acusilaum spectare iam ex ratione apparet, qua Hesiodi sententiam paulo antea prolatam idem Damascius amplificavit. Sed quid præter Cupidinis stemma revera Acusilai sit, statui nequit.

Quibus perpensis iamiam quæ summa sit rei quæramus. Chaum omnium rerum primordium Acusilaus habuit: hoc probant Philodemus Damasciusque. Noctem Cupidinis matrem fuisse contendunt Theon et Eudemus. Hactenus satis certa via processimus; sed iam in Cupidinis patris nomine eruendo diiudicatio plane certa non datur. Tamen Platonis auctoritas dubia vel etiam infida atque Eudemi cum Antagora (Crantore) consensus (immo cf. Hes. Th. 123) efficiunt, ut non abhorreat a me sententia Acusilaum Erebum Cupidini dedisse patrem.[15])

---

12) Cf. Otto Kern, De Orphei Epimenidis Pherecydis theogoniis quæstiones criticæ, Berol. 1888 p. 6.

13) Wilam. l. c. p. 69 s. Cf. Schœm. l. c. p. 78 s. Kalkmann, Paus. p. 207 s.

14) Cf. Arist. Av. 692 ss. (Kern, l. c. p. 50).

15) Cum et in scholiastæ Theocritei et in Damascii genealogia *Αἰθήρ* legatur, ita fortassis scholium Theocriteum corrigere licebit: *Ἀκουσίλαος Νυκτὸς [καὶ Ἐρέβους ὡς] καὶ Αἰθέρ[α]*.

Quæ genealogia cum Acusilai rationibus consiliisque prorsus congruit; suum enim fuisse, omni naturæ certum ortum dare (Cupidinis Hesiodei stemma satis obscurum est,[16]) inordinata digerere (Erebus et Nox = mas et femina: i. e. materia ad generandum et pariendum apta), soluta componere, infra magis magisque illustrabitur.

Fragmentum initio operis inserendum esse in propatulo est.

Frg. 2 (2; schol. Hes. om. Muell.):

Schol. Hes. Theog. 134 p. 482 adn. n. Gaisf.

Κοῖόν τε. Οἱ Αἰολεῖς τὸ κ ἀντὶ τοῦ π τίθενται. Ποῖον οὖν φησί, τὴν ποιότητα. Ζήνων δὲ Τιτῆνας, φησὶ εἰρῆσθαι φυσικωτέρως, διὰ τὸ μὴ διατάττεσθαι διαπαντὸς τοῦ κόσμου τὰ στοιχεῖα.

Κρεῖον. Τὸ βασιλικὸν καὶ ἡγεμονικόν. Ὑπερίονα. Τὴν ὑπὲρ τῆς γῆς κίνησιν τοῦ παντός. Ἰαπετὸς δὲ ἀπὸ τοῦ ἰέναι. Ἐπεὶ γὰρ φύσιν ἔχειν πάντα τὰ μέρη ἀφιέμενα πίπτειν ἄνω, τὸ τοιοῦτον εἶδος Ἰαπετὸν ἐκάλεσεν. Οὗτοι δέ, ὡς Ἀκουσίλαος (Ἀρκεσίλαος Bas.), *Τιτᾶνες καλοῦνται καὶ Τιτανίδες. . . . .* Bas.

Etym. M. s. v. Κοῖος.

. . . . Κοῖόν τε Κρεῖόν θ' Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε (Hes. Th. 134): — *οἱ Αἰολεῖς τὸ κ ἀντὶ τοῦ π κέχρηνται.*

Οὗτοι δὲ Τιτᾶνες καλοῦνται καὶ Τιτανίδες, ὡς Ἀκουσίλαος·

ἀλληγορία δέ, Κοῖον τὴν ποιότητα· . . . Ἡσίοδος ἐν Θεογονίᾳ.

In Hesiodi scholiis in universum difficillimum est dictu, utra scholii forma alteri præponenda sit. Ex Gaisfordii ad-

[16]) Obscurum dico; nam poetæ neque Cupido allegoricus tantum deus erat (cf. Th. 120) neque Chaos aliquid, ex quo nihil nasci potuisset (Th. 123).

notatione huic scholio adscripta apparet, editionem Basileensem anni 1542, quæ quamvis in aliis rebus minimi sit pretii, tamen antiquissimæ traditionis frustula servavit, *Ἀρκεσίλαος* nomen præbere.[17]) Iam cum aliunde sciamus quæ ratio inter Hesiodum Acusilaumque intercedat (v. cap. III), cum præterea scriptoris nostri nomen sæpe corruptum traditum sit,[18]) cum denique Etymologicum M. nomen nobis præbeat, non dubitabimus quin Acusilai nomen restituendum sit.[19]) Lexicon enim illud cum scholio Hesiodeo artissime coniunctum est. Et hic quidem consensus obiter modo intuenti potissimum in eo positus esse videtur, quod et Et. M. et scholiasta in eundem errorem inciderunt, cum uterque affirmet, Acusilaum Cœum ceterosque Gigantes Titanes et Titanides nominasse.

In Etym. M. Titanibus Hesiodeis allatis Aeolum usurpandi *κ* pro *π* consuetudo commemoratur, quam exemplo illustrari exspectamus. Sed rerum ordine prorsus interrupto Acusilai opinio a *δὲ* particula incipiens profertur; tum demum usum illum Aeolicum exemplo illustrare placet: qua ipsa re demonstrari mihi videtur, Acusilai nomen ad nil nisi Titanum illam appellationem referendum esse.[20]) Nam explicationes

---

[17]) Flach (Gloss. u. Schol. z. Hes. Theog. Leipz. 1876), quamvis Basileensem antiquissima horum scholiorum elementa diligenter servasse concedat (p. VI), tamen, iniuria ut mihi videtur, scriptoris nomen omnino non affert, sed Trincavelli (Ven. 1537) agnoscit lectionem.

[18]) Cf. Suidas s. v. *Συγγραφεύς* et *Ἑκαταῖος* : *Ἀγησιλάου*;
Acusilai frg. 7 cod. *P* : *Ἀγησίλαος*;
id. frg. 27 pler. libri : id.;
id. frg. 2 Bas. : *Ἀρκεσίλαος*;
id. frg. 10 cod. *G* : *ἀρκεσίλαος*;
cod. *L* : *ἀρκυσίλαος*;
id. frg. 36: nomen plane excidisse videtur;
id. frg. 23: v. appar. crit.;
Tatian. orat. contra Græc. c. 24: *Ἡγησιλάου*;
Menand. Rhett. Gr. Walz IX p. 144: *τοῖς ἀκούουσι* Vind. *τοῖς ἀκουσίο* Ricc. 2. Par.

[19]) Quam emendationem O. Muellero, Gött. gel. Anz. 1831 p. 1141, debemus.

[20]) Cf. Hes. Th. 207 ss.

illas allegoricas ex philosophis stoicis manasse iam diu inter omnes constat.

Iam vero Titanidum voce per omnia tempora Titanes femineæ vocabantur.[21]) Cum apud Hesiodum (Th. 135 s.) sorores fratres subsequantur, Titanidum vero nomine careant, summi momenti esse iudico id, quod ipse Acusilaus huius nominationis testis nobis proponitur: ratio atque consilium eius postulabat, ut omnis res suo nomine significaretur.

In scholl. Hes. Th. 135 et 136 æque atque nostro loco Titanum et Titanidum nomina explicantur. Ergo luce est clarius, narrationem olim continuam, in quam Acusilai sententia optime quadraverat, parum ingeniose in nonnullas particulas diffissam compluribus versibus adscriptam esse.[22])

Veri est simillimum, Acusilaum Hesiodi versus 134 ss. ante oculos habuisse, illo igitur loco, quo de Titanum Titanidumque ortu diceret, nominum eorum mentionem fecisse.

Frg. 3 = *Philodem. περὶ εὐσεβ. p. 43 (tab. 92, 18 ss.) G.:*

. . . . καὶ τὴν Ἶριν (scil. Ὅμηρος Διὸς ἄγγελόν φησιν εἶναι), ἔνιοι δὲ τα[ύτ]ην καὶ τῆς Ἥρας, Ἀκουσίλας δὲ καὶ θεῶν πάντων, Φερεκύδης δ' ὁ Ἀθηναῖος καὶ τὸν Ἑρμῆ.

1. Ὅμηρος] *B* 786; *Θ* 397 ss.; *Λ* 185 ss.; *O* 55. 146. 157 ss.; *Ω* 77 (87). 117. 143 ss. (159).

2. καὶ τῆς Ἥρας] *Σ* 166 (184); Eur. Herc. 822 ss.; Theocr. XVII 134; Callim. h. in Del. 67. 228 ss.; Apoll. Rh. *Δ* 751 ss.; Verg. Aen. IV 693 ss. etc.

θεῶν πάντων] cf. Hom. *O* 144: Ἶριν θ' ἥτε θεοῖσι μετάγγελος ἀθανάτοισιν. Iris a deabus ad Ilithyiam mittitur in hymn. Hom. in Ap. Del. 102. Cf. Eur. Her. 823, ubi Iris ipsa τὴν θεῶν λάτριν sese nominat.

Acusilaum Irin τὴν τῶν θεῶν ἄγγελον nominasse vel simili epitheto eam ornavisse veri est simile (cf. Hom. O 144). Cur enim deam expressis verbis omnium deorum dearumque nuntiam diceret? Immo enuntiatum potius mythographum

---

21) Cf. ex. gr. Apd. I 2 Wagner; Aesch. Prom. 874, Eum. 6; Diod. V 67, 3. V 66.

22) Cf. allegorias (certe recentes) Diaconi (Flach, l. c. p. 308) et exegesis (ibid. p. X, XI, 378).

aliquem vel grammaticum tetricum olet, qui deorum dearumque nuntios ac nuntias contulit atque composuit; fortasse de Apollodori *περὶ θεῶν* libris cogitare licet.

Illi quo de Iridis ortu narrabatur cosmogoniæ loco (cf. Hes. Th. 265 ss.) fragmentum attribuamus. Qui inserendi modus confirmatur eo, quod apud Philodemum statim Harpyiæ commemorantur iterumque Acusilaus testis laudatur: et Harpyias et Irin Thaumantis et Electræ progeniem fuisse constat (cf. Hes. l. c.).

Frg. 4 = *Philodem. περὶ εὐσεβ. p. 43 (tab. 92, 24 ss.) G.:*

.... *καὶ τὰς Ἁρπυίας τὰ μῆ[λα φ]υλάττειν Ἀκο[υσί]λαος, Ἐπιμενίδης* (frg. 14 Kink. = Diels, Vorsokr. 504 frg. 11.) *δὲ καὶ τοῦτο καὶ τὰς αὐτὰς εἶναι ταῖς Ἑσπερίσιν·* ...

1) *ΑΚΟ* . . . *\ΑΟC* charta. Litteras mutilatas, quæ certo restitui possunt, uncis non includo.

Engelmanni (ap. Rosch. s. v. Harpyien) sententiæ qui Harpyias cum Hesperidibus confusas esse contendit, præferendam esse iudico Prelleri-Roberti (p. 563, 1[23]) opinionem, nos singularem fabulæ versionem ante oculos habere; nam fabulæ non solum Acusilaum, sed etiam Epimenidem testem deprehendimus. Cf. præterea quæ sequuntur: *ὁ δὲ τὴν Τι[τα]νομαχίαν [τὰ] μὲν μῆλα φυλάτ[τειν* ....[24]) Quibus necessitudinis vinculis Epimenides Acusilausque inter se coniuncti fuerint enucleare non licet, quoniam magni catharti tempus vel potius tempus, quo ei falso opus subditum sit, certo erui nequit. Ceterum Acusilai Epimenidisque fabulæ forma, quæ fortasse vulgaris erat, in patera picta Cyrenaica invenitur.[25]) Quæ interpretatio quamvis sæpe in dubitationem vocata sit, tamen admodum probabilis est.

---

[23]) Preller-Robert, Griech. Mythologie, ed. IV, Berol. 1894. Cf. Stiehle, l. c. p. 525.

[24]) Cf. Georg Weicker, Der Seelenvogel, Leipz. 1902, p. 14.

[25]) Flinders Petrie, Naukratis I, tab. 8. 9; Studniczka, Kyrene 18; id. ap. Rosch. s. v. Kyrene p. 1728 ss.

Fragmentum aut Cosmogoniæ (cf. Hes. Th. 267) attribuendum est, quod me quidem arrisit, aut narrationi rerum ab Hercule gestarum.

Frg. 5 (5) = *schol. Apollon. Rh. Arg.* Δ *828:*

Apollonii versus sunt hice:

828 Σκύλλης Αὐσονίης ὀλοόφρονος, ἥν τέκε Φόρκῳ
νυκτιπόλος Ἑκάτη, τήν τε κλείουσι Κράταιιν.

Φόρκυι Wellauer.

ἥν τέκε Φόρκῳ] Ἀκουσίλαος Φόρκυνος καὶ Ἑκάτης τὴν Σκύλλαν λέγει, Ὅμηρος (μ 124) δὲ οὐχ Ἑκάτην, ἀλλὰ Κράταιιν. ἀμφοτέροις οὖν Ἀπολλώνιος κατηκολούθησεν. ἐν δὲ ταῖς Μεγάλαις Ἠοίαις (Hes. frg. 150[26]) Φόρβαντος καὶ Ἑκάτης ἡ Σκύλλα. *L.*

1. Ἀκουσίλαος μὲν οὖν p. — Florentinorum (f) et Parisinorum (p) scholiorum tum modo adscripsi lectiones, cum digni aliquid commemoratu præbebant. p plerumque (forma) a L et f discedit.

In ea parte scholii quam exscripsi, tres Scyllæ genealogiæ inter se oppositæ sunt: Acusilai qui Phorcynos Hecatesque,[27]) Homeri qui Cratæidis (patris nomen omittitur), Hesiodi denique qui Phorbantis Hecatesque filiam eam dicit.[28]) Acusilai atque Homeri sententias revera sicut scholion dicit ab Apollonio Rhodio primo esse contaminatas eo probatur, quod hæc contaminatio ante eum non invenitur.

Hoc loco summatim monuisse satis habeo, fortasse Acusilaum olim eadem atque Magnas Eoeas præbuisse. Ceterum cf. cap. III. Quod si quis probare nolet, fortasse ideo Acusilaum ab „Hesiodo" discessisse dicet, quod et Phorbantis nomen ei non satis notum erat et in fonte eius (scil. Hesiodo) revera talia monstra ex Phorcyne originem ducebant (Hes. Th. 270 ss.). Quæ tamen opinio minime me arridet quippe qua non explicetur, cur Acusilai sententia totiens, nusquam vero Hesiodi apud posteros legatur.

---

[26]) Rzach, Hes. carm., Lips. 1902.

[27]) Idem exhibet schol. Hom. μ 85 (Dionysius mythogr.?)

[28]) Filia est Lamiæ ap. Eust. p. 1714, 34, Crataeidis ap. Plin. N. H. III 10, Typhonis et Echidnæ ap. Hyg. p. 12, 17; 25, 15; 108, 15; Crataeidis ap. eundem p. 127, 3 Schm.

Cosmogoniæ fragmentum adscribam, cum stemmatis causa Scylla a scholiasta afferatur.

Frg. 6 = *Philodem. περὶ εὐσεβ. p. 14 (tab. 42, 12) G.:*

.....Ἡσίοδος (Th. 306—312) [δὲ καὶ] Ἀκουσίλαος [Ἐχίδ-ν]ης καὶ Τυφῶ[νος κύ]να Κέρβε[ρον ἀθά]νατον καὶ [ἄλλα τ]ερατώδη ἔ[κγον]α τόν γε αἐ[τὸν] τὸν καθ' Ἡσίο[δον (Th. 523 ss.) τὸ τ]οῦ Προμ[ηθέως ἧπαρ ἐσθίοντα....]

1. δὲ καὶ supplevi propter chartæ spatium, μὲν καὶ Gomp.
'Ακουσίλαος] 'Α]κουσίλαος Gomp. sed superest hasta \
'Εχίδνης] [ἐξ 'Εχίδν]ης Gomp., cui tamen spatium non sufficit.
2. κύνα] [τὸν κύ]να Gomp. quod item charta capere nequit.
ἀθάνατον] suppl. Körte.
3. τερατώδη] ... ΕΡΑΤΩΔΗϹ charta. Illud ϲ pars inferior litteræ *Ε* esse videtur; quare probabilissime Körte suppl. ἔκγονα (cf. Aesch. Pr. 137; Eur. Her. 208; Plat. Rep. 5 p. 459 D).
'Ησίοδον] ΚΑΘΙϹ.. (supra: ΗϹ) charta.
4. Sententiæ finem haud inepte hunc suspicatus est Gomp.: τὸν δὲ ἀετὸν — ἐσθίοντα ἐκ τῶν αὐτῶν φησι γεγενῆσθαι Φερεκύδης ὁ 'Αθηναῖος; cf. Pher. fr. 21; Apollod. II 119.

Quid Acusilai est? Certo illud tantum ei tribuere licet, Cerberum aliaque monstra ex Typhone Echidnaque duxisse originem. Nam reliquum fragmentum nos Acusilao addicere vetat illud τὸν καθ' Ἡσίοδον.

Hæc Cerberi prosapia etiam apud posteros reperitur.[29]) Typhonis et Echidnæ proles nobis datur. Ei igitur genealogiarum parti fragmentum inseremus, qua cosmogoniam complexus est logographus: cf. Hes. Th. 311.

Frg. 7 (11[a]) = *Didymus ap. Macrob. Sat. V 18, 9 s.:*

Didymi locus affertur hicce:

ἄμεινον δὲ ἐκεῖνο λέγειν, ὅτι διὰ τὸ πάντων τῶν ποταμῶν πρεσβύτατον εἶναι Ἀχελῷον τιμὴν ἀπονέμοντας αὐτῷ τοὺς ἀνθρώπους πάντα ἁπλῶς τὰ νάματα τῷ ἐκείνου ὀνόματι προσαγορεύειν.

---

29) Soph. Trach. 1099; cf. Ov. Met. VII 408; Hyg. p. 12, 16; 25, 12 65, 2 Schm.

ὁ γοῦν Ἀκουσίλαος διὰ τῆς πρώτης ἱστορίας δεδήλωκεν, ὅτι Ἀχελῷος πάντων τῶν ποταμῶν πρεσβύτατος. ἔφη γάρ· Ὠκεανὸς δὲ γαμεῖ Τηθὺν ἑαυτοῦ ἀδελφήν, τῶν δὲ γίνονται τρισχίλιοι ποταμοί, Ἀχελῷος δὲ αὐτῶν πρεσβύτατος καὶ τετίμηται μάλιστα.

4. *ΑΓΗϹΙΛΑΟϹ* P *Ἀκουσίλαος* Gronov.; cf. adn. 18.

Ut sumamus Didymum grammaticum fide dignissimum Acusilai enuntiatum ad verbum expressum nobis servasse, præter illud *ἔφη γάρ* nos commovet elocutionis genus antiquissimorum mori simillimum, sermonem dico obsoletum atque exilem, sed tamen dilucidum. Dialecti Ionicæ certe vestigia non invenimus neque quæremus. Revera Acusilai sententiam esse arta confirmatur necessitudine qua cum Hesiodo coniuncta est. Ascræi versus qui huc faciunt sunt hi: Acus. *Ὠκεανὸς δὲ γαμεῖ Τηθύν* = Hes. Th. 337. 368; *ἑαυτοῦ ἀδελφήν* = Hes. Th. 133. 136; *τῶν δὲ γίν. τρισχίλ. ποτ.* = Hes. Th. 364. 367. In ultima enuntiati parte non Hesiodum sequitur noster (Ascræus enim Th. 340 Acheloum in medio ceterorum fluviorum numero *ἀργυροδίνην* epitheto exornatum commemorat), immo ad Homerum propius accedit (*Φ* 193 ss.),[30]) apud quem Achelous iuxta Oceanum, ex quo omnium amnium fontiumque cursus initium capiant, potentissimum fluminis numen est.[31]) Didymus, Homeri commentator Acusilai locum nobis servavit.

---

[30]) Cf. schol. *Φ* 194 (Zenodoti?): *τινὲς δὲ οὐ γράφουσι τὸν στίχον* (scil. v. 195), *θέλοντες (πάντα) ἐξ Ἀχελῴου ῥεῖν. τὸν γὰρ αὐτὸν Ὠκεανὸν Ἀχελῴῳ φασίν.* Aristarchus ita rem instituit, ut ex eius mente Achelous esset *πηγὴ τῶν ἄλλων πάντων,* Oceanus vero *ὁ ἐπιδιδοὺς πᾶσι τὰ ῥεύματα.* — Omnino non est, cur cum Bergkio (Jahrb. f. Phil. u. Päd. vol. 81 1860 p. 394, 97) et cum Stollio (Rosch. s. Achelous) v. 195 eiciamus.

[31]) Itaque non temere mihi videor negare, Acusilaum omnino non ab Homero pendere, qua re Bergkium, l. c. p. 394, 96 erravisse censeo. Immo „die ältere, reinere Überlieferung" hic ipse erat Homerus. — Quam excellentem dignitatem non solum Homerum atque Acusilaum Acheloo tribuisse ex posterorum scriptis satis elucet; cf. Vib. Sequ. de flum. s. Achelous: „Achelous Aetoliæ primus erupisse terram dicitur". Schol. Hom. *Φ* 194 (adn. 30) etc.

Quid igitur? Nonne hac quoque re confirmatur sententia, nostrum ratione nescio qua cum Homero hac in re coniunctum fuisse?

Hoc Acusilai fragmentum ei operis parti assignandum esse, qua cosmogoniam explicaverat, et expressis verbis Didymus testatur (διὰ τῆς πρώτης ἱστορίας) et Theogoniæ Hesiodeæ versus 337—370 nos docent; denique argumentum hoc postulat.

Frg. 8 (3) = *schol. Hes. Theog. 379 p. 419 Gaisf.*[32]):

Ἀργέστην. τὸν ὀξὺν καὶ ταχὺν καὶ καθαρὸν Ἀργέστην Ζέφυρον εἶπε. Ζέφυρον δὲ λέγει τὸν Εὖρον. Πνεῖ δὲ Ἀργέστης, ὁ καὶ Εὖρος καλούμενος, ἀπὸ ἀνατολῆς, ὁ δὲ Ζέφυρος ἀπὸ δύσεως, ὁ δὲ Βορρᾶς ἀπὸ τῆς ἄρκτου, καὶ ὁ Νότος ἀπὸ μεσημβρίας. Ἀκουσίλαος δὲ τρεῖς ἀνέμους εἶναί φησι κατὰ Ἡσίοδον, Βορρᾶν, Ζέφυρον καὶ Νότον· τοῦ γὰρ Ζεφύρου ἐπίθετον τὸ Ἀργέστην φησίν. Ὅμηρος (*Λ* 306) *εἶπεν Ἀργέστην τὸν λευκόνοτον. τοῦτο ἀρχή, ἀπηλιώτην φησί. Ζητητέον δὲ ὅτι χωρὶς συνδέσμου Ἀργέστην Ζέφυρον εἶπεν.*[33])

Scholia Hesiodea præter cetera incondita atque perturbata nobis tradita esse omnibus notum. Ac primum quærendum, quot ventos esse Hesiodus putaverit. Quin poeta tres agnoverit, post Usenerum (l. c.) non iam dubium est, qui ad hoc iudicium confirmandum optimo iure adhibuit Acusilai testimonium, cuius necessitudinem, qua cum Hesiodo conjunctus fuerit, aliunde satis cognitam habeamus.

Acusilaum quoque igitur tres commemorasse ventos luce est clarius. Restat illud *τοῦ γὰρ Ζεφύρου ἐπίθετον τὸ Ἀργέστην φησί*. Veri est dissimillimum, Acusilaum expressis verbis *Ἀργέστην* Zephyri epitheton nominasse; immo grammaticus ille qui optime Acusilai loco ad rectam versus Hesiodei interpreta-

---

[32]) Scholii conceptionem, quam Flach (l. c. p. 251) præbet, abiciendam esse nuper nos docuit Usener, Rh. M. LVIII (1903) p. 5.

[33]) Cf. Schœmann opusc. II 516 s.; Rühl, Jbb. f. Phil. u. Päd. 1870 p. 20; Flach, l. c. p. 103 s. 113. 120; Muetzell, De emend. Theog. p. 470 ss.; Usener, l. c. p. 5 s.

tionem comprobandam usus erat, apposuit: „ergo Acusilaus *Ἀργέστην* epitheton intellexit (*οἶδε*)“ vel simile quid. Scholiastæ posteriores contraxerunt perperamque interpretati sunt. Minime igitur Schwartzio (Pauly-Wiss. v. Akusilaos) adstipulor, cum auctorem locum obscurum (sc. Hesiodi) interpretatum esse dicat.[34])

Hes. Th. 379 cosmogoniæ fragmentum inserere commendat.

B. Theogonia.

Frg. 9 = *Philodem. περὶ εὐσεβ. p. 46 (tab. 61 b) G.:*

(Cf. Kern, l. c. p. 64, ubi Diels lacunas ita explevit): [*ἐπιθέσθαι* (*ἐπαναστῆναι* maluerim nisus Philod. ibid. tab. 60, 10 ss.) *Τυφῶνα εἰρή*]*κα*[*σι τῇ βασιλείᾳ*] *Διός*, [*ὡς Αἰσχύλος*] *ἐν Προ*[*μηθεῖ*] (v. 351 ss.) *καὶ Ἀ*]*κουσίλα*[*ος καὶ Ἐπι-*] *μενίδη*[*ς καὶ ἄλλοι*] *πολλοί* . . . .

Cuius fragmenti etsi lectio incerta est, tamen dubium non est, quin argumentum recte Diels restituerit: quod inprimis confirmant linearum sequentium frustula adhuc servata: . . . . *Τυφων*. . . . . *Διὸς* . . . . . [*βα*]*σίλειον* . . . . . *ὁ Ζεὺς* . . . . . Pugna inter Iovem Typhonemque disceptata iam ante Acusilaum ex theogoniæ fundamentis fuit, quippe cum et in Homeri carminibus eam inveniamus (B 781 ss.) et Hesiodus (Th. 820 ss.) præclarissimis verbis eam narraverit. Quamquam enim hæc Theogoniæ pars, qualem nunc legimus, recentioribus demum temporibus carmini inserta est,[35]) tamen Acusilao hoc egregio exemplo uti licuit.

---

[34]) Cf. ex. gr. Hecatæi frgg. 227 255 300 348 354 (cur non suppletur *ἡρωολογίᾳ*?). Acus. frg. 12.

[35]) Wilamow. Eur. Her. I[1] p. 327, 116, id. I[2] 270. 286, addit. ad 1271 s. — Antiquorum qui hanc fabulam tractarunt præterea nominandi sunt hymn. Hom. in Ap. P. 127 ss. 189; Pherecyd. frg. 14; Pind. O. IV 8 ss. P. I 16; Aesch. Prom. 351 ss. — Compendium quoque illud mythologicum primi a. Chr. n. sæculi hanc fabulam præbuisse ex Apollod. I 41 et Diod. V 71, 2 s. apparet.

Haud dubie in ea theogoniæ parte, qua de Typhonis origine verba fecerat, Acusilaus etiam pugnam inter eum Iovemque ortam descripserat.

Neque alio spectat, quod iam prolaturus sum,

Frg. 10 (4) = *schol. Nicandri Theriac. 11 (= Hes. frg. 2 spur. Rz.):*

Nicandri v. 8 ss.:

Ἀλλ' ἤ τοι κακοεργὰ φαλάγγια, σὺν καὶ ἀνιγροὺς
ἑρπηστὰς ἔχιάς τε καὶ ἄχθεα μυρία γαίης
Τιτήνων ἐνέπουσιν ἀφ' αἵματος, εἰ ἐτεόν περ
Ἀσκραῖος μυχάτοιο Μελισσήεντος ἐπ' ὄχθαις
Ἡσίοδος κατέλεξε παρ' ὕδασι Περμησσοῖο.

schol. v. 11 partim bis traditum sic:

A

ἰστέον δὲ ὅτι ψεύδεται Νίκανδρος ἐνταῦθα. οὐδαμοῦ γὰρ τοῦτο εἶπεν (sc. *ὁ Ἀσκραῖος*) *ἐν τοῖς πραττομένοις* . . . .
. . . .

B

περὶ γοῦν τῆς τῶν δακνόντων θηρίων γενέσεως, ὅτι ἐστὶν ἐκ τῶν Τιτάνων τοῦ αἵματος, παρὰ μὲν τῷ Ἡσιόδῳ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν.

Ἀκουσίλαος δέ φησιν ἐκ τοῦ αἵματος τοῦ Τυφῶνος πάντα τὰ δάκνοντα γενέσθαι. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος . . . . *ἀπὸ τῶν σταγόνων τοῦ τῆς Γοργόνος αἵματος.*

4. *τοῦ ἡσιόδου* K.
6. *ἀρκεσίλαος* G *ἀρκυσίλαος* L.
8. Non est cur cum Stiehleio (l. c. p. 609) pro *δάκνοντα* scribamus *δάκετα* vel *δακετά*.

Initio scholii bis eadem vocabulis mutatis repetita esse nemo est quin videat. Scholiastam Nicandrum mendacii coarguentem laudare debemus.

Fragmentum nostrum fragmento 6 non repugnat, quippe cum illic de magnis atque divinis animalibus verba fiant, nostro

vero loco de bestiis in terra versantibus atque vagantibus cogitare liceat. *Ἀφ' αἵματος* non significare „vom Geschlechte" sed „aus dem Blute" i. e. „aus den Blutstropfen" et ex ultima scholii parte (*ἀπὸ τῶν σταγόνων τοῦ τῆς Γοργόνος αἵματος*) apparet et ex ratione quæ inter has Rhodii et Acusilai sententias intercedit (cf. schol. Ap. Rh. B 1210). Auctor igitur noster, ubi de pugna inter Iovem et Typhonem orta verba faciebat, ex gigantis cruoris guttis bestias mordaces ortum habere narravit.

Frg. 11 = *Philodem. περὶ εὐσεβ. p. 15 (tab. 43, 9) G.:*

γέρων ἀλλ[ὰ μετὰ] τῆς ἀθαν[ασίας Πρω]τεύς· καὶ τ[ινὲς ἔλ]εγον Φόρκ[υος εἶ]ναι τοῦτον [πατέρα], τινὲς Εἰδο[θέας] Φόρκυν καὶ [Φόρ]κου Γραίας. [οὕτως] καὶ Ἀκουσίλ[αος. Τι]θωνὸν μὲν .....

Gomp. locum ita præbet: *γέρων* ..... [*Πρω*]*τεύς· καὶ* ..... *Φόρκ*[*υν*] .... *τοῦτον* .... *τινὲς* ..... *Φόρκυν καὶ* . . *Φόρκου* (sic) *Γραίας* ..... *καὶ Ἀκουσίλ*[*αος Τι*]*θωνὸν μὲν* ..... et adnotavit: vielleicht *γέρων ἀλλ*[*ὰ μετὰ*] *τῆς ἀθαν*[*ασίας Πρω*]*τεύς· καὶ τ*[*ινὲς ἔλ*]*εγον Φόρκ*[*υν εἶ*]*ναι τοῦτον* —

2. *Εἰδοθέας*] Körte *ΕΙΔ*◡ legitur in charta.

Philodemus vel potius fons eius (Apd. *π. θεῶν?*) animantes magna ætate excellentes affert. Coniectura Alfredi Kœrtei totum locum illustrat. Duo inter se opponuntur stemmata: 1) Proteus — Phorcys[36]) etc.; 2) Proteus (hoc nomen supplendum est, nam ex Homero[37]) Eidothea notissima Protei filia facta erat) — Eidothea — Phorcys — Grææ.[38]) Cuius genealogiæ Acusilaus testis proponitur.

---

[36]) Cf. Hom. *α* 72; *ν* 96. 345.

[37]) *δ* 365 ss.

[38]) Cf. Hes. Th. 270; Apollod. I 10 II 37; Hyg. p. 11, 1 Schm.; Aesch. Prom. 794. — Phorcides eædem sunt atque Grææ: cf. ex. gr. cum Apollod. II 37 eiusdem locum I 10 et Hyg. p. 11, 1 Schm. — Robert (Herm. XXXVI 159) vas descripsit quod ad calicum Homericorum genus pertinet: Grææ et quidem ætate formaque florentes, quarum cuique suum nomen est (*ΠΕΜΦΡΗΔΩΝ, ΠΕΡCΩ, ΕΝΥΩ*), in universum *ΦΟΡΚΙΔΕC* nominantur.

ΓΕΝΕΗΛΟΓΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Γ'.

Frg. 12 (Muell. FHG I p. XXXVIII n. 7) = *schol. Hom. Ψ 296 Twl.:*

Ἀκουσίλαος ἐν τρίτῳ γενεαλογιῶν κύριον ἤκουσε τὸ „Ἐχέπωλος“ οὕτως· „Κλεωνύμου δ' Ἀγχίσης, τοῦ δὲ Ἐχέπωλος.“ καὶ Φερεκύδης ἐν τῷ τρίτῳ· „Κλεώνυμος δὲ ὁ Πέλοπος ᾤκει Κλεωνῆσι καταστήσαντος Ἀτρέως. τοῦ δὲ γίνεται Ἀγχίσης, τοῦ δὲ Ἐχέπωλος.“

Ex scholio A (*Ἀγχισιάδης Ἐχέπωλος*] *ὅτι ἄδηλον ποῖον τὸ κύριον ὄνομα, μᾶλλον δὲ τὸ Ἐχέπωλος*) iam Aristarchi temporibus disceptationem exstitisse apparet; quænam fuerit etiam schol. Twl. nos docet. Ut suspicio, *Ἐχέπωλος* voci potius nominis proprii vim esse attribuendam, probabilis reddatur, Acusilai et Pherecydis proponuntur testimonia quæ in ipsa genealogia afferenda plane inter se consentiunt. Auctores præter Homerum — eum si omnino respiciunt — etiam alio ex fonte hauserunt, quippe cum Cleonymi nomen apud poetam non legatur.

Num illud *Κλεωνύμου δ' Α., τοῦ δὲ Ἐ.* locum Acusilai ad verbum exprimat, propter fragmenti brevitatem plane diiudicari nequit: dicant licet.[39]) De vocabulo *ἤκουσε* cf., quæ ad frg. 8 exposui; nil nisi „verstand, gebrauchte“ significat neque quicquam dubii relinquit scholiasta.

Ubinam fragmentum inseres? Non certa datur diiudicatio. Nisi (cum ad genealogias potius omnia quam ad fabulas referenda sint) de Echepolo in Troianorum rebus commemorato cogitare velis, Acusilai dictum ex stemmate Sicyonis (Echepolus) vel Cleonarum (Cleonymus) manasse iure suspicaberis.

Frg. 13 (29) = *schol. Apoll. Rh. Arg. Δ 992:*

αἵματος Οὐρανίοιο] Ἀκουσίλαος ἐν τῇ τρίτῃ φησίν, ὅτι ἐκ τῆς ἐκτομῆς τοῦ Οὐρανοῦ ῥανίδας ἐνενεχθῆναι συνέπεσεν, τουτέστι

---

[39]) Ita Bernhardy, Gr. Littg. I p. 235; at tum addam fragmentum 7 (et 36).

[τὰς L] σταγόνας, κατὰ τῆς γῆς, ἐξ ὧν γεννηθῆναι τοὺς Φαίακας· οἱ δὲ τοὺς Γίγαντας. Καὶ Ἀλκαῖος δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ Ἀκουσιλάῳ [κατὰ — Ἀκ. om. L] *λέγει τοὺς Φαίακας ἔχειν τὸ γένος ἐκ τῶν σταγόνων τοῦ Οὐρανοῦ.* *L.*

L et f, quod summas res attinet, inter se consentiunt. Quod ad formam, p sæpius a L f discrepat; hunc exhibet finem: ***Ἄλλοι δὲ τοὺς Γίγαντας φασὶν ἀπὸ τῶν τοιούτων γενέσθαι σταγόνων.***

οἱ δὲ | Hes. Th. 185.

Ἀλκαῖος | frg. 116 Bergk PLG⁴ III p. 185.

Acusilai igitur ex mente Urani mutilati sanguinis guttæ in solum deciderant (*τουτέστι σταγόνας* scholiastæ alicuius adnotationem narrationi inepte insertam esse nemo non videt), e quibus Phæaces originem duxerunt. Quam genealogiam nisi apud Alcæum Rhodiumque nusquam deprehendimus. Multum nostra interest enucleare, cur hoc stemma Acusilaus prætulerit alteri illi non inusitato, quod ex Phæace et Cercyra Phæaces natos esse narraret (cf. ex. gr. Hellan. frg. 45). Etiam invitis nobis se offert suspicio, auctori in animo fuisse Drepanam insulam, Phæacum sedem, cum falce (*δρεπάνη*), qua Urani virilia Iuppiter desecuerat (cf. schol. Ap. Rh. Δ 984), conjungere.[40] Et revera talis rerum connexus a nostro minime abhorret;[41] immo contra: res sibi cognitas eum consuisse undique elucet neque nullius momenti esse putaverim id quod huius ipsius stemmatis A c u s i l a u s testis laudatur. Nemo ex sententiis a scholiasta inter se oppositis concludet, Acusilaum nullos nisi Phæaces ex Urani cruore ortos habuisse ideoque contendet, eum ab Hesiodo, quem illud *οἱ δὲ* spectare videtur (cf. cap. III), discessisse. Eo, quod soli Phæaces hoc loco vocantur et tertius genealogiarum liber expressis additur verbis, evidenter probatur, huius populi originem non in theogonia, sed in stemmate aliquo enarrando expositum fuisse.

---

[40]) Acusilao enim Phæaces Drepanes habitatores noti esse poterant, Wilam., homer. Unters. 170 ss.

[41]) Cf. ex. gr. frg. 26, in quo taurum Creticum Europam rapienti annectit auctor.

Frg. 14 (31) = *Harpocratio s. v. Ὁμηρίδαι:*

Ὁμηρίδαι· Ἰσοκράτης Ἑλένῃ (§ 65). *Ὁμηρίδαι γένος ἐν Χίῳ· ὅπερ Ἀκουσίλαος ἐν γ΄. Ἑλλάνικος* (frg. 55) *ἐν τῇ Ἀτλαντιάδι ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ φησὶν ὠνομάσθαι.*

Loci finis hic est: ***Σέλευκος δὲ ἐν β΄ περὶ βίων ἁμαρτάνειν φησὶ Κράτητα νομίζοντα ἐν ταῖς Ἱεροποιίαις Ὁμηρίδας ἀπογόνους εἶναι τοῦ ποιητοῦ· ὠνομάσθησαν γὰρ ἀπὸ τῶν ὁμήρων, ἐπεὶ αἱ γυναῖκές ποτε τῶν Χίων ἐν Διονυσίοις παραφρονήσασαι εἰς μάχην ἦλθον τοῖς ἀνδράσι, καὶ δόντες ἀλλήλοις ὅμηρα νυμφίους καὶ νύμφας ἐπαύσαντο, ὧν τοὺς ἀπογόνους Ὁμηρίδας λέγουσιν.*** Cf. epitomam.

Suidas s. v. *Ὁμηρίδαι* Harpocrationem secutus primam fragmenti partem ad argumentum nominibus omissis proposuit, inde ab *ἐπεὶ αἱ γυναῖκες* ad verbum fontem exscripsit.

Apud Isocratem nil nisi Homeridarum nomen exstat. Lexicographum igitur, qui huic vocabulo explicationem addidit, illud *γένος ἐν Χίῳ* Acusilao debere glossæ contextus demonstrat. Acusilai testimonium ad sequentia referri nequit propter numerum verbi *φησίν*; præterea argumentum nos id facere vetat, quoniam duæ inter se opponuntur sententiæ.[42]) Secundum Hellanicum enim Homeridæ nomen ab Homero acceperant, Acusilaus vero (genealogiarum scriptor!) de genere, h. e. de progenie poetæ cogitaverat. Quare recte Ed. Meyer (II § 267 A) suspicatus esse mihi videtur Acusilaum, qui Homerum Chium fuisse probaret,[43]) addidisse Chio in insula Homeridarum genus florere.[44])

---

[42]) Cf. schol. Pind. N. II 1: ***Ὁμηρίδας ἔλεγον τὸ μὲν ἀρχαῖον τοὺς ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου γένους, οἳ κατὰ τὴν ποίησιν αὐτοῦ ἐκ διαδοχῆς ᾖδον. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ οἱ ῥαψῳδοὶ οὐκέτι τὸ γένος εἰς Ὅμηρον ἀνάγοντες.*** Hoc sensu Pindarus vocabulo utitur.

[43]) Logographo enim Homerus cæcus cantor Chius ignotus non fuit; nam Simonides et Pindarus, eius fere æquales, Chium poetam appellaverunt, omnes sine dubio nisi in procemio illo in Apoll. Del. (hym. Hom. I 172 ss.) sicut etiam Thuc. III 104.

[44]) Cf. Strab. XIV p. 645: ***Ἀμφισβητοῦσι δὲ καὶ Ὁμήρου Χῖοι, μαρτύριον καὶ τοὺς Ὁμηρίδας καλουμένους ἀπὸ τοῦ ἐκείνου γένους προχειριζόμενοι κτλ.***

Ubinam fragmentum inseres? Difficillimum est dictu. Quoniam autem ἐν γ' traditum est, ubi regum Sicyoniorum stemma (frg. 12) expositum fuisse videtur et de Phæacum origine (frg. 13) dictum est, Acusilaum de Homeridis inter Asiaticas gentes Græcas fecisse verba licet putare; sed cf. adn. 161.

Fragmenta incertæ sedis.

Frg. 15 (6) = *Strabo X p. 472 D, cap. 21* ex Demetrio Scepsio ut videtur (cf. Strab. ibid. c. 20; Gæde, Demetrii Scepsii quæ supers., diss. Gryph. 1880; Bethe, Herm. XXIV 417):

Ἀκουσίλαος δ' ὁ Ἀργεῖος ἐκ Καβειροῦς καὶ Ἡφαίστου Κάμιλλον λέγει, τοῦ δὲ τρεῖς Καβείρους, τρεῖς δὲ Νύμφας Καβειρίδας.

Sequitur Pherecydis genealogia (frg. 6 FHG I p. 71): *Φερεκύδης δ' ἐξ Ἀπόλλωνος καὶ Ῥητίας Κύρβαντας ἐννέα, οἰκῆσαι δ' αὐτοὺς ἐν Σαμοθράκῃ· ἐκ δὲ Καβειροῦς τῆς Πρωτέως καὶ Ἡφαίστου Καβείρους τρεῖς καὶ Νύμφας τρεῖς Καβειρίδας, ἑκατέροις δ' ἱερὰ γίνεσθαι· μάλιστα μὲν οὖν ἐν Ἴμβρῳ καὶ Λήμνῳ τοὺς Καβείρους τιμᾶσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ ἐν Τροίᾳ κατὰ πόλεις· τὰ δ' ὀνόματα αὐτῶν ἐσιι μυστικά.*

1. Codd. *Καβείρους* et *Καβείρου* et *Καβείρης*. Cf. Steph. B. s. *Καβειρία: . . . καὶ νύμφαι Καβειρίδες, ἀπὸ Καβειροῦς τῆς Πρωτέως καὶ Ἀγχινόης, ἀφ' ἧς καὶ Ἡφαίστου Κάδμιλος.*

Κάμιλλον sive *Κάμιλον* codd. *Κάδμιλος* Steph. B.

2. *τρεῖς δὲ*] *τρεῖς* Kramer, *δὲ* addidi. *οἷς* codd. *ὧν* codicum pars Muell. FHG *καὶ* C Mueller.

Lineæ tertiæ initium corruptum est; sed quomodo verisimillime sit corrigendum, nescio qui discernam. Duas inter se opponi sententias, Acusilai dico atque Pherecydis, manifestum est. Cum traditum *οἷς* sensu careat, Mueller FHG *ὧν* scripsit. Iam vero potius fieri potuit, ut vocabulum casu in *οἷς* corruptum a posteris sensus construendi causa commutaretur quam ut *ὧν* postea vocis *οἷς* formam acciperet. Præ-

terea Cabirides numquam Cabirorum liberi, sed sorores nominantur.[45]) Omnino oppositio solum Cadmilum spectare videtur.

Iam quod ad Camillum (cuius nomen cur corruptum sit[46]) non intellego) in apertum discrimen non evasi. Quo commodius rem intellegas stemmata Acusilai Pherecydis Stephani adpingam:

Acusilaus (Strabo)	Pherecydes (Strabo)	Steph. Byz.
	Proteus	Proteus-Anchinoe
Cabiro-Hephæstus	Cabiro-Hephæstus	Cabiro-Hephæstus
Camillus		
3 Cabiri, 3 Cabirides	3 Cabiri, 3 Cabirides	Cabirides, Cadmilus

Quibus ex stemmatibus Strabonem fontem fuisse apparet Stephano B. (cum quo nescio qua necessitudine schol. Apoll. Rh. A 917, cum Cadmilum quartum Cabiris annectat, coniunctum est). Anchinoæ commemoratio nos de directa mutuatione cogitare vetat. Non est cur nos veram Acusilai sententiam ante oculos habere negemus. Immo facile fieri potuit, ut Stephanus (cuius lexici epitoma tantum nobis præsto est) sententias confunderet. Itaque quo diutius rem perpendo eo magis adducor, ut revera Acusilaum prosapiæ qualem tenemus auctorem fuisse iudicem. Numerus ternarius et Cabirorum et Cabiridum fuit usitatissimus.[47]) Verba inde a *μάλιστα* neque ad Pherecydem[48]) neque ad Acusilaum referenda sunt.

Non minorem difficultatem præbet quæstio quid Acusilao ansam dederit ad Cabiros commemorandos. Neque ab Homero

---

45) Cf. Pherecydis genealogiam; Steph. B. s. *Καβειρία*. — Cf. Nonn. Dion. XIV 17 ss. XXVII 120 ss. XXIX 193 ss. XXX 61.

46) Ita Sturz l. c. p. 143. — Facillime ex voce „Cadmilus" secundum linguæ leges „Camillus" fieri potuit.

47) Quantopere ternarius numerus apud veteres excelluerit, nuperrime egregie demonstravit Usener, Rh. M. LVIII (1903) p. 1 ss., præcipue p. 6 s.

48) Luetke, Pherecydea, Diss. Gott. 1893 p. 6.

neque ab Hesiodo eorum mentio fit. Libro primo fortasse fragmentum inseres et quidem aut illi loco, ubi de deorum progenie agitur, aut cum Titanibus eos conjunges; quod tamen minimam veri speciem præ se fert.[49]) Dicat quis, in Argonautarum fabulis enarrandis nostrum de Cabiris verba fecisse, cum Aeschylus in fabula quæ *Καβειροί* inscripta erat de Cabiris Lemnicis Argonautas liberali hospitio excipientibus narravisset;[50]) quæ tamen suspicio propter temporum rationem minus probabilis esse mihi videtur. Neque magis me arridet sententia, cum Cadmilus etiam idem atque generis Troici auctor haberetur, in Troicis genealogiis referendis Cabirorum mentionem esse factam.[51]) Fortasse denique, cum Cabiri præcipue in insulis Asiaque minore colerentur, ad genus quoddam Asiaticum haud inepte fragmentum referas.

Sequitur fragmentorum series quæ non sine causa libro genealogiarum secundo attribuo (v. c. IV); sunt enim illa quæ Argivorum res tractant.

Frg. 16 (13. 14) =

Clemens Alex. Strom. I p. 138 S 380 P et ex eo Euseb. præp. ev. X 12 p. 497 D:

ἦν δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα κατὰ μὲν Φορωνέα τὸν μετὰ (Eus. *μετ'*) *Ἴναχον ὁ ἐπὶ Ὠγύγου κατακλυ–*

Euseb. præp. ev. X 10, 7 p. 488 fin. (ex Iulio Africano):

τὰς δὲ πρὸ τούτων ὧδέ πως τῆς Ἀττικῆς χρονογραφίας ἀριθμουμένης, ἀπὸ Ὠγύγου τοῦ

---

49) Nullius enim momenti esse contendunt homines docti locos atque monumenta in quibus Titanes cum Cabiris conjunguntur; cf. Bloch. ap. Rosch. s. Megaloi Theoi.

50) Cf. Nauck FTG² p. 31 s.; schol. Pind. P. IV 303; Athen. X p. 428 F.

51) Nihilominus non omittam hæc monere: Strabonis excursum historicum-theologicum X 462—474 ex Demetrio Scepsio manasse homines docti censent (Apollodori bibliotheca verisimiliter interposita, Niese, Rh. M. XXXII p. 285 ss.). Iam nulliusne est momenti id quod Demetrium illum revera *Τρωικὸν διάκοσμον* scripsisse notum est?

σμὸς καὶ ἡ ἐν Σικυῶνι βασιλεία, πρῶτον μὲν Αἰγιαλέως, εἶτα (Eus. add. δὲ) Εὔρωπος, εἶτα Τελχῖνος, καὶ ἡ Κρητὸς ἐν Κρήτῃ. Ἀκουσίλαος γὰρ Φορωνέα πρῶτον ἄνθρωπον (Eus. ἀνθρώπων) γενέσθαι λέγει· ὅθεν καὶ ὁ τῆς Φορωνίδος ποιητὴς εἶναι αὐτὸν ἔφη πατέρα θνητῶν ἀνθρώπων.

Ἐντεῦθεν ὁ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ (p. 22 A) κατακολουθήσας Ἀκουσιλάῳ γράφει „καί ποτε προαγαγεῖν βουληθεὶς αὐτοὺς περὶ τῶν ἀρχαίων εἰς λόγους τῶν τῇδε τῇ πόλει (τῇ πόλει om. Plat.) τὰ ἀρχαιότατα λέγειν ἐπιχειρεῖ (Plat. et Eus. ἐπιχειρεῖν) περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου λεχθέντος καὶ Νιόβης καὶ τὰ μετὰ τὸν κατακλυσμόν.“ (Plat.: καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν αὖ περὶ Δευκαλίωνος καὶ Πύῤῥας ὡς διεγένοντο μυθολογεῖν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενεαλογεῖν, καὶ τὰ τῶν ἐτῶν, ὅσα ἦν, οἷς ἔλεγε πειρᾶσθαι διαμνημονεύων τοὺς χρόνους ἀριθμεῖν).

παρ' ἐκείνοις (scil. τοῖς Ἀττικοῖς) αὐτόχθονος πιστευθέντος, ἐφ' οὗ γέγονεν ὁ μέγας καὶ πρῶτος ἐν τῇ Ἀττικῇ κατακλυσμός, Φορωνέως Ἀργείων βασιλεύοντος, ὡς Ἀκουσίλαος ἱστορεῖ, μέχρι πρώτης Ὀλυμπιάδος, ὁπόθεν Ἕλληνες ἀκριβοῦν τοὺς χρόνους ἐνόμισαν, ἔτη συνάγεται χίλια εἴκοσιν, ...

Eusebium (præp. ev. X 12 p. 497 et X 10 p. 488) secutus

Ge. Syncellus Chronogr. p. 64 BC:

..... ὥστε οὐδὲν ἀξιομνημόνευτον Ἕλλησιν ἱστορεῖται πρὸ Ὠγύγου, πλὴν Φορωνέως τοῦ συγχρονίσαντος αὐτῷ καὶ Ἰνάχου τοῦ Φορωνέως πατρός, ὃς πρῶτος Ἄργους ἐβασίλευσεν, ὡς Ἀκουσίλαος ἱστορεῖ.

A Clemente Acusilai testimonio probatur, Phoroneum primum fuisse hominem.[52]) Præterea ex Platone efficitur, Acusilaum verba fecisse de Nioba (cf. frg. 17), de eluvione, de

---

[52]) De „Phoronide“ cf. Strab. X 472; Et. M. 374, 23; schol. Apoll. Rh. A 1129.

Deucalione Pyrrhaque (primis post eluviem hominibus; cf. frg. 20), de eorum progenie (cf. frg. 21), de temporum rationibus. Ex Eusebio (X 10) apparet, secundum Acusilaum Phoroneo Argivorum rege primam atque magnam fuisse eluvionem. Ex eodem quoque concludi potest nostrum temporum rationem attigisse[53]) (cf. cap. IV). Apud Chronographum Acusilai opinionem in illis *Ἰνάχου τοῦ Φορωνέως, ὅς πρῶτος Ἄργους ἐβασίλευσεν* se continere videtur.

Interim velim Syncellum omittas. Quid restat? Narratio nempe evidentissime ex Acusilai Argivi rationibus conformata: Primus hominum primus Argivorum fuit rex. Quod ipsum ex Phoronide nostrum hausisse probat, quippe quo in carmine certo Phoroneus princeps fuerit.[54]) Acusilaus sane cum rationalismo, quem nos dicimus, faveret Phoroneum, non Inachum fluvium generis humani principem fecit: quod certe non mirabimur.[55]) Quod Argivum primum mortalium habuit, huic populo se præcipuum tribuere honorem professus est.

Syncellum a ceteris abhorrere videmus; cuius opinionem, Eusebio nisi, si corrigamus, omnis servatus est concentus. Equidem enim erravisse chronographum propensus sum iudicare, præsertim cum quomodo in errorem inciderit facile sit explicatu: aut consensum Acusilai cum Hesiodo efficere in animo erat, quippe quorum artam cognovisset necessitudinem, aut duos illos Eusebii locos (X 10 et X 12, ubi Phoroneus *ὁ μετ᾽ Ἴναχον* appellatur) conjungebat.

---

[53]) Ex Olympiadum ratione annos certissime non numeravit. Erravit igitur Teuffel in Paul. encyclop.[1] v. Phoroneus: „Akusilaus setzte den Phoroneus 1200 (sic) Jahre vor die erste Olympiade."

[54]) Duo fortasse Argivorum stemmata auctori præsto fuisse, suspicatur Meyer, Forsch. z. alt. Gesch. I p. 89 ss.

[55]) Cf. Paus. II 15, 5: *Φορωνέα ἐν τῇ γῇ ταύτῃ* (Argolide) *γενέσθαι πρῶτον, Ἴναχον δὲ οὐκ ἄνδρα ἀλλὰ τὸν ποταμὸν πατέρα εἶναι Φορωνεῖ.* Hyg. p. 23, 13 Schm.: „Inachus Oceani filius ex Argia sorore sua procreavit Phoroneum qui primus mortalium dicitur regnasse . . . . . itaque exordium regnandi tradidit Phoroneo (scil. Iupiter)"; id. p. 149, 18 Schm.: „. . qui . . primus regnandi potestatem habuit."

Ceterum Acusilaus fabulam minime inusitatam narrasse videtur, cum neque ignotus fuerit Phoroneus Argivorum rex[56]) neque alia Phoronei generis auctoris vestigia plane desint.[57])

De fragmento inserendo v. c. IV.

Frg. 17 (12. 11) = *Apollod. II 2* (Wagn.) (exscripsit *Tzetzes ad Lycophr. 177*):

Νιόβης δὲ καὶ Διὸς (ᾗ πρώτῃ γυναικὶ Ζεὺς θνητῇ ἐμίγη) παῖς Ἄργος ἐγένετο, ὡς δὲ Ἀκουσίλαός φησι, καὶ Πελασγός, ἀφ' οὗ κληθῆναι τοὺς τὴν Πελοπόννησον οἰκοῦντας Πελασγούς. Ἡσίοδος δὲ (frg. 43) *τὸν Πελασγὸν αὐτόχθονά φησιν εἶναι.*

Id. III 96:

Ἐπανάγωμεν δὲ νῦν πάλιν ἐπὶ τὸν Πελασγόν, ὃν Ἀκουσίλαος μὲν Διὸς λέγει καὶ Νιόβης, καθάπερ ὑπέθεμεν (II 2), *Ἡσίοδος δὲ αὐτόχθονα.*[58])

Apollodorus II 2 a Tzetze accurate exscriptus est. Quare falso utriusque locum diverso attribuit fragmento Mueller.

Num Acusilaus etiam enuntiati *ᾗ πρώτῃ γυναικὶ Ζεὺς θνητῇ ἐμίγη* auctor sit, certo decidere non licet.[59]) Ceterum Nioba hoc Acusilai loco primo litterarum monumentorum, quæ nos tenemus, in Argivorum genealogia (Acusilaus Argivus!) laudatur.[60])

---

56) Cf. Hellan. (frg. 37) qui Phoronei filios patre mortuo Argolidem inter se divisisse narrat. V. adn. 55; Hyg. p. 106, 3 Schm.: „Reges Achivorum. Phoroneus Inachi filius etc.“

57) Cf. Paus. II 20, 3 qui in sepulcro eius Argis sito inferias ei institutas esse refert. Hyg. p. 133, 3 Schm.: „Phoroneus Inachi filius templum Argis Iunoni primus fecit.“ Id. p. 149, 18 Schm.: „Phoroneus Inachi filius arma Iunoni primus fecit.“ Paus. II 15 extr. eum primum dissipatos homines in societatem vitæ convocasse narrat, etc. Cf. præterea Tatian. contra Græc. c. 39; Steph. B. s. *Ἄργος.*; Hes. frg. 198.

58) Cf. Diod. IV 14, 4; Hyg. p. 13, 3 et 24, 5 ss. Schm. (compend. igitur mythol. primi a. Chr. n. sæc.); schol. Eur. Or. 932, etc.

59) Cf. Preller-Robert, l. l. p. 138.

60) Cf. Stark, Niobe u. d. Niobiden p. 31.

Iam quadecausa ab Hesiodo noster discesserit quærendum est. „Pelasgi“ autochthonum nomen erat.[61]) Ut his quoque certus daretur ortus, Acusilai ratio postulavit. Minime mirabimur, auctorem Pelasgum cum Phoroneo (Argivorum heroe) conjunxisse.[62])

Vocabulum *καὶ* (l. 2.) evidenter demonstrat Acusilaum Argum quoque Iovis dixisse filium. Iam veri est simillimum, Argum regem apud Acusilaum oppido nomen dedisse[63]) (cf. frg. 23 et 40 ceterorumque „logographorum“ sescenta exempla). Ad Acusilaum haud dubie spectat Hygini fab. 124 (p. 106, 3 ss. Schm.): „Reges Achivorum. Phoroneus Inachi filius Argus Iovis filius etc.“ Quod enuntiatum non tam audacter ad Acusilaum referrem, nisi fabularum scriptor cum ceteris, qui Inacho Phoronei locum tribuunt, dissideret, Acusilaum vero secutus Phoroneum primum Argivorum regem nobis proponeret. Fortasse etiam hac in genealogia Phoronide fonte noster usus est.[64])

Acusilaus genealogias scripsit. Quare dubium non est quin hoc fragmentum antecedenti adjungendum sit.

Frg. 18 (18) = *Apollod. II 5* (= Hes. frg. 187):

Ἄργου δὲ καὶ Ἰσμήνης τῆς Ἀσωποῦ παῖς Ἴασος, οὗ φασιν Ἰὼ γενέσθαι. Κάστωρ δὲ ὁ συγγράψας τὰ χρονικὰ καὶ πολλοὶ τῶν τραγικῶν Ἰνάχου τὴν Ἰὼ λέγουσιν· Ἡσίοδος δὲ καὶ Ἀκουσίλαος Πειρῆνος αὐτὴν (*τὴν Ἰὼ* Muell. FHG) *φασιν εἶναι. ταύτην ἱερωσύνην τῆς Ἥρας ἔχουσαν Ζεὺς ἔφθειρε.*

2. *Κάστωρ*] frg. 23 (Ctesiæ et chronogr. frg ed. Mueller p. 179 in Herodoti edit. Dind. Paris. 1862).

---

61) Cf. Hesiodi frg. 212.

62) Cf. Dion. Hal. I 11: *Φορωνέως μὲν γὰρ Νιόβη γίνεται· ταύτης δὲ υἱὸς καὶ Διός, ὡς λέγεται, Πελασγός.*

63) Nonne igitur tibi etiam Pausanias Acusilaum spectare videtur, præsertim propter artam quæ inter Acusilaum Hesiodumque intercedit necessitudinem, cum dicat II 26, 3: *Ἐπίδαυρος δὲ ἀφ᾽οὗ τὸ ὄνομα τῇ γῇ ἐτέθη, ὡς μέν φασιν Ἠλεῖοι, Πέλοπος ἦν· κατὰ δὲ Ἀργείων δόξαν καὶ τὰ ἔπη τὰς μεγάλας Ἠοίας ἦν Ἐπιδαύρῳ πατὴρ Ἄργος ὁ Διός?*

64) Meyer, l. l.; Kinkel EGF p. 209 ss.; Stark, l. l.

3. τραγικῶν] Aesch. Prom. 589 s.; Soph. El. 5, frg. 248 ss.
Hesiodi Catalogis verisimiliter addixit Kirchhoff, Odyssee² p. 328.
4. Πειρῆνος] cf. Bethe, Theb. Heldl. p. 183; Maass, De Aesch. Suppl. comm. Ind. Gryph. 1890 p. 32.

Subsequitur

Frg. 19 (17) = *Apollod. II 6:*

(Ab Iunone improviso deprehensus Iupiter Ionem quam dilectam compresserat in vaccæ figuram convertit atque se cum ea commercium non habuisse iureiurando affirmat. Quare periuria quæ quidem ad amorem pertineant deorum iram non provocare Hesiodus narrat; pergit Apollodorus sic):

Ἥρα δὲ αἰτησαμένη παρὰ Διὸς τὴν βοῦν φύλακα αὐτῆς κατέστησεν Ἄργον τὸν πανόπτην, ὃν Φερεκύδης (frg. 22) *μὲν Ἀρέστορος λέγει, Ἀσκληπιάδης* (frg. 17) *δὲ Ἰνάχου, Κέρκωψ* (Hes. frg. 188) *δὲ Ἄργου καὶ Ἰσμήνης τῆς Ἀσωποῦ θυγατρός· Ἀκουσίλαος δὲ γηγενῆ αὐτὸν λέγει.*

2 s. De Pherecydis Asclepiadisque sententiis inter se mutuandis cf Luetke, Pherec., p. 7.

Quæ fragmenta una tractemus. Hesiodus[65]) et Acusilaus soli hoc Ius stemma exhibent; vulgo et quidem recentiore tempore Inachi filia habebatur. Exspectandum erat, Acusilaum eam genealogiam accipere quæ Inachum, qui ab auctore plane abjectus esse videretur (v. supra ad frg. 16 et 17) non præberet. Non est cur negemus, nostrum hac in re (solius patris nominis testis laudatur Acusilaus) cum poeta consensisse.

In altero quoque fragmento Apollodorus Acusilao teste utitur ad genealogiam confirmandam. De quæstione, num Acusilaus cum Hesiodo concinat necne, me nihil certi eruisse doleo. Quoniam autem Acusilaus solus huius stemmatis testis hoc loco laudatur, veri non est dissimile, nostrum proprii quid præbuisse. Sed cur Acusilaus propriam hanc genealogiam

---

65) Cf. Herod. περὶ μον. λέξ. I 17 (II 923, 7 L): Πειρὴν καθ' Ἡσίοδον πατὴρ Ἰοῦς. — Peiren primi Iunonis simulacri auctor fuisse dicitur.

(quæ certe ignota non erat[66]) nobis proposuit? Non plane inepta esse mihi videtur sententia, eum tale monstrum[67]) non ex eiusmodi parentibus progeneratum esse sed potius illis Titanum Gigantum Tityi (Hom. *η* 324) catervis immiscere voluisse. Breviter vel brevissime licet, tamen auctor narravisse videtur hanc fabulam (vulgarem ut videtur), eo magis quod fabula proprie Argiva fuit.

Nil nos impedit quominus fragmenta ex genealogia aliqua Argolica originem duxisse sumamus. Sedes fabulæ vel regio Argis vicina vel Mycenæ[68]) vel Eubœa habebatur.

Frg. 20 (7) = *schol. Hom. κ 2 HQ* (= Hes. frg. 3):

Αἴολος Ἱπποτάδης] Δευκαλίων, ἐφ' οὗ ὁ κατακλυσμὸς γέγονε, Προμηθέως μὲν ἦν υἱός, μητρὸς δέ, ὡς οἱ (add. Dind.) *πλεῖστοι λέγουσι, Κλυμένης, ὡς δὲ Ἡσίοδος, Προνόης, ὡς δὲ Ἀκουσίλαος, Ἡσιόνης τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Προμηθέως.*

3. *Κλυμένης*] cf. schol. Pind. O. IX 68. 72. 79.

Προνόης] Dind. *πρυνείης* Q (Ambros.) *πρυνόης* H (Harl.) *Πρυλείης* Welck. Aesch. Tril. 12, 14.

4. *καὶ Προμ.*] optime Welcker pro tradito *τοῦ Προμ.*

Frg. 21 (7) = *schol. Pind. O. IX 70 a* Drachm. (v. 45 rec.; p. 217 Bœckh):

Λίθινον γόνον] κοινὰ τὰ περὶ Δευκαλίωνα καὶ Πύρραν. καὶ ὅτι τοὺς λίθους κατόπιν ῥίπτοντες ἀνθρώπους ἐποίουν, μαρτυρεῖ Ἀκουσίλαος.

---

66) Aesch. Prom. 568 *εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς*; ibid. 677 *βουκόλος δὲ γηγενής*; id. Suppl. 305 *Ἄργον, τὸν Ἑρμῆς παῖδα γῆς κατέκτανεν.* Posteriorum cf. Nonn. XX 84 *Ἄργον ἀεξιφύτοιο βοοσκόπον υἱὸν ἀρούρης*; Serv. Verg. Aen. VII 790 „Argum . . . Arestoris sive Terræ filium."

67) Cf. ex. gr. Pherec. frg. 22; Hes. (Aigim.) frg. 188; Aesch. Prom. 678 s.; Apollod. II 4 etc. Præterea afferam schol. Apoll. Rh. A 761: . . . *οἱ ποιηταὶ τοὺς τερατώδεις κατὰ τὸ σῶμα γῆς εἶναί φασιν. οὕτω γὰρ καὶ Καλλίμαχος τὰ δεινὰ τῶν θηρίων γῆς εἶναι ἔφη.* Io. Tzetzis Theogonia (Abh. d. kgl. pr. Ak. d. Wiss. 1840 p. 150) ca. centum Gigantes, in quibus Panoptem, exstitisse rettulit.

68) Apollod. II 6, quem Hesiodi Catalogis niti demonstrat Maass, Ind. Gryph. 1890/91 p. 25 ss.

In fragmento 20 Acusilai sententia ceteris posterior addita esse videtur, quod iterum repetitur *καὶ Προμηθέως*, quamvis patris nomen in universum anticipatum sit. Cur ab Hesiodo noster discesserit, eruere non potui.[69])

Narratio, quam frg. 21 exhibet, postulat, ut Acusilaus etiam diluvii (quod Acusilao aliunde iam enucleavimus: cf. frg. 16) Iovisque oraculi mentionem fecerit: quæ omnia illud *τὰ περὶ Δευκ. καὶ Π.* (cf. frg. 16) dicit. In eo quod Deucalion et Pyrrha lapides post se iactantes homines creavissent, Hesiodo fonte usus est Acusilaus.[70])

Frg. 22 (19) = *Apollod. II 26:*[71])

Αὗται (scil. *Λυσίππη καὶ Ἰφινόη καὶ Ἰφιάνασσα*) *δὲ ὡς ἐτελειώθησαν, ἐμάνησαν, ὡς μὲν Ἡσίοδός φησιν* (frg. 27), *ὅτι τὰς Διονύσου τελετὰς οὐ κατεδέχοντο, ὡς δὲ Ἀκουσίλαος λέγει, διότι τὸ τῆς Ἥρας ξόανον ἐξηυτέλισαν. γενόμεναι δὲ ἐμμανεῖς ἐπλανῶντο ἀνὰ τὴν Ἀργείαν ἅπασαν, αὖθις δὲ τὴν Ἀρκαδίαν διελθοῦσαι μετ᾽ ἀκοσμίας ἁπάσης διὰ τῆς ἐρημίας ἐτρόχαζον.*

Cum diversæ furoris causæ traditæ sint quæramus, quare noster (cuius tamen sententia non ab eo uno præbetur[72]) ab Hesiodo discesserit. Poetam fabulam in Catalogis narrasse probant eius fragmenta 26—29. Nimirum Ar-

---

[69]) Acusilaum sequitur Tzetz. Lyc. 1283 (cf. Aesch. Prom. 554 ss.). De variis matris nominibus cf. Preller-Robert l. c. p. 84, 2. Sturz l. l. p. 224 *Ἀσίας* pro *Ἡσιόνης* nos scribere iubet, quoniam Hesiona et Asia illa Herodoti eædem sint: coniectura quæ omni fundamento caret. — Scholio Apoll. Rh. *Γ* 1086 nisus Sturz pro „corrupto nomine" *Πρυνείης* legit *Πανδώρας*. — Cf. Apollod. II 23, quo loco Clymene et Hesiona de matris dignitate inter se certant.

[70]) Hes. frg. 115, frg. 2 ss. Usener, Sintfluthsagen p. 32. 35. — Cf. Apollod. I 48; Hyg. p. 26/27 Schm.; Diod. I 10, 4.

[71]) Cf. Bethe, Theb. Heldl. p. 173 s.

[72]) Lepidissime hanc fabulam narravit Bacchylides X 43 ss. Cf. præterea Pherec. frg. 24 (schol. Hom. *ο* 225); Prob. in Verg. Buc. VI 48; Serv. Verg. Ecl. VI 48; schol. Stat. Theb. III 453.

givus rettulit fabulam Argis vulgatam, et causa ab eo allata revera Argiva putanda est: Iuno enim præcipue Argis colebatur. In ceteris nostrum cum Hesiodo consensisse sumendum est, cum discrepantia, nisi ceteris rebus concinentibus, conspici non potuisset. Quamquam concedendum est, Melampodis, Dionysi ministri, sanationem tum non optime quadrare. Sed fuerunt qui Aesculapium hoc munere functum esse dicerent. Apud Bacchylidem (X 95 ss.) Artemis Lusis culta miseras sanat; Melampodis mentio non fit.

Proetus Tiryntis rex fuit: Argolicis igitur genealogiis fragmentum adscribamus.

Frg. 23 (16) = *Pausan. II 16, 4:*

ταύτην (scil. *Μυκήνην* feminam, quam commemorat Homerus β 120) *εἶναι θυγατέρα Ἰνάχου, γυναῖκα δὲ Ἀρέστορος, τὰ ἔπη λέγει, ἃ δὴ Ἕλληνες καλοῦσιν Ἠοίας Μεγάλας· ἀπὸ ταύτης οὖν γεγονέναι καὶ τὸ ὄνομα τῇ πόλει φασίν. ὃν δὲ προσποιοῦσιν Ἀκουσιλάῳ λόγον, Μυκηνέα υἱὸν εἶναι Σπάρτωνος, Σπάρτωνα δὲ Φορωνέως, οὐκ ἂν ἔγωγε ἀποδεξαίμην, διότι μηδὲ αὐτοὶ οἱ* (om. Spiro) *Λακεδαιμόνιοι. Λακεδαιμονίοις γὰρ Σπάρτης μὲν γυναικὸς εἰκών ἐστιν ἐν Ἀμύκλαις, Σπάρτωνα δὲ Φορωνέως παῖδα θαυμάζοιεν ἂν καὶ ἀρχὴν ἀκούσαντες.*

Cf. Eustath. Hom. B 569 p. 289, 47: *τούτων δὲ ἡ μὲν Μυκήνη ἀπό τινος νύμφης, φασί, Λακωνικῆς ὠνομάσθη ἢ ἀπὸ Μυκηνέως υἱοῦ Σπάρτωνος, ἀδελφοῦ Φορωνέως, ἢ κτλ.*

3. *Ἠοίας Μ.*] Hes. frg. 146.
4. *φάσιον* libri *φασί. δν* Facius *ἀκοῦσι* libri, em. Porson. Recepi Porsoni emendationem. — Confer quomodo Menandri rhetoris locus traditus sit: adn. 167.

5 ss. *Σπάρτωνα δὲ — ἐν Ἀμύκλαις* om. Va, margini inferiori adscripta sunt.

6. *ἀποδεξαίμην*] *ἀποδειξαίμην* Vb.

Porsoni coniectura probabilissima est. Cf. adn. 18. Accedit quod etiam hic contentionem atque comparationem operis vulgo Hesiodei habiti cum Acusilao esse videmus. Deinde, ut quod sit magni momenti dicam, sententia totum Acusilaum olet. Cuius ex mente enim Myceneus (urbis nempe epony-

mus; item Pausanias quoque vocabulo utitur) Spartonis, hic Phoronei(!) filius erat.[73]) Iam supra vidimus, Acusilaum Inachum omnino non vel certe non hominem genealogiæ Argivorum inseruisse, immo Phoroneum primum hominem regemque Argivorum, generis igitur auctorem nobis proponere (frg. 16 s.). Minime igitur mirabimur, scriptorem Mycenarum, urbis Argolicæ, eponymum non ab Inacho, sed a Phoroneo derivasse. Hoc stemma non minus Acusilaum olet (cf. frg. 17) quam id, quod non feminam, sed morem usitatum secutus virum creavit eponymum. Non est igitur cur Pausaniæ dubitationes probemus: immo contra.[74])

Fragmentum ad regum Mycenæorum stemma pertinere pro certo habeo.

Frg. 24 (28) = *Apollod. III 133:*

Μενέλαος μὲν οὖν ἐξ Ἑλένης Ἑρμιόνην ἐγέννησε καὶ κατά τινας Νικόστρατον (cf. Hes. frg. 99), *ἐκ δούλης* (*δὲ* add. Westerm.) *Πιερίδος, γένος Αἰτωλίδος, ἢ καθάπερ Ἀκουσίλαός φησι Τηρηίδος, Μεγαπένθη.*

3. *Τηρηίδος*] *Τηριδάη* et *Τηρίς* schol. Hom. *δ* 12 (cf. Stiehle, Philol. VIII p. 610).

Qui Apollodori locus ita est corruptus, ut plane adstipuler U. de Wilamowitzio, qui aliis adiumentis non subvenientibus negat corruptelam corrigi posse.[75]) *Πιερίδος* nomen proprium esse debebat, quod tamen non est; *Τηρηίδος* nomen ethnicum esse exspectabamus, quæ tamen exspectatio item nos fallit. Ergo hoc tantum Acusilao evenit, servam quandam Menelao peperisse Megapenthem.

---

[73]) De schol. BJ Eur. Or. 1239 et Steph. B. s. *Μυκῆναι* cf. Tümpel ap. Rosch. s. v. Mykeneus.

[74]) Quo de Pausaniæ „argumento" *διότι μηδὲ αὐτοὶ κτλ.* cf. ex. gr. id. II 20, 5 (Bethe, Theb. H. p. 111); id. VIII 4, 6.

[75]) Hom. Unters. p. 174 s. et ibid. adn. 17. Cur autem sumendum sit, Pausaniam II 18, 6 *δούλη* vocabulo nomine proprio usum esse, plane non intellego.

In Mycenarum domo regia versamur; antecedenti igitur fragmento hoc annectemus.

Frg. 25 (22) = *Apollod. III 156:*

ὁ δὲ Ἀσωπὸς ποταμὸς Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος, ὡς δὲ Ἀκουσίλαος λέγει, Πηροῦς καὶ Ποσειδῶνος, ὡς δέ τινες, Διὸς καὶ Εὐρυνόμης.

Auctor antiquissimæ Asopi genealogiæ testis laudatur. Hoc stemma alibi non legitur.[76]) Iamiam nonne est significantissimum, quod Acusilaus huic ipsi fluvio, qui catervæ Oceani Thetidisque liberorum in Hesiodi Theogoniæ versu 337 ss.[77]) enumeratorum deest, proprium ortum assignavit? Auctor aut tam arte fonti suo sese applicavit, ut illorum fluviorum numerum turbare nollet ideoque propriam inveniret prosapiam aut ad stemma aliquod conficiendum ita narravit, quippe cum Asopus magno filiarum numero præclarissimorum Helladis heroum abavus factus sit, præcipue in fabulis Sicyoniis (frg. 12!) Aegineticis Thebaicis (cf. Preller-Rob. l. l. p. 550). Necesse igitur non est Acusilaum fabulam Aeginæ ab Iove raptæ narrasse.

Item ad Argivorum res pertinent

Ἡρακλειδῶν γένη.[78])

Frg. 26 (20) = *Apollod. II 94:*

Ἕβδομον ἐπέταξεν (scil. *Ἡρακλεῖ Εὐρυσθεὺς*) *ἆθλον τὸν Κρῆτα ἀγαγεῖν ταῦρον. τοῦτον Ἀκουσίλαος μὲν εἶναί φησι τὸν διαπορθμεύσαντα Εὐρώπην Διί, τινὲς δὲ τὸν ὑπὸ Ποσειδῶνος ἀναδοθέντα ἐκ θαλάσσης, ὅτε καταθύσειν Ποσειδῶνι Μίνως εἶπε τὸ φανὲν ἐκ τῆς θαλάσσης.*

[76]) Paus. II 12, 4 patri etiam Vulcani nomen attribuit, matrem vero Celusam (cf. Celossam Eust. Hom. B 572 p. 291, 24) nominat.

[77]) Quem locum Acusilaum secutum esse apparet ex frg. 7.

[78]) Cf. Hecat. frg. 344 ss.

Taurum qui Europam Cretam in insulam portabat cum illo Cretam vastante atque ab Hercule domito Acusilaus primus coniunxisse videtur. Suum enim erat, ubique contextum atque continuationem efficere: cf. frg. 5 13 17 23 39. Accedit quod optime ad auctoris rationem consiliumque quadrat, Iovem non ipsum in taurum mutatum rapuisse amatam sed misisse taurum, qui raperet.[79]) Hac in re ab Hesiodo discessisse videtur.[80])

At tamen Acusilai non una exstat atque bene comparata historia. Lacuna hiat: quomodo enim fieri potuit, ut placidus taurus Europam rapiens subito fureret atque Cretam devastaret? Notissima erat fabula quæ narrabat, Minoem cum bovem propter pulchritudinem immolare noluisset causam præbuisse calamitatis, neque facere possum quin Acusilao hanc causam tribuam. Tamen restat difficultas. Quis bovem mactari iussit; Vulcanus an Iupiter? Si Iupiter, temporum ratio te offendet, cum Minoem Iovis Europæque fuisse filium constet.

Heraclidarum genealogiis fragmentum adposui quippe cum in Herculis factis enarrandis sive commemorandis Acusilaum harum fabularum mentionem fecisse fragmenti contextus atque ratio probabile reddat. Huc pertinent etiam fragmenta dubia 36 et 37.

---

[79]) Cf. Stesichorum (Paus. IX 2, 3) in Actæonis fabula, Robert, Bild u. Lied p 26.

[80]) Hes. frg. 30 (Schol. Hom. M 292): ... *ἤλλαξεν ἑαυτὸν εἰς ταῦρον καὶ ἀπὸ τοῦ στόματος κρόκον ἔπνει. οὕτως τε τὴν Εὐρώπην ἀπατήσας ἐβάστασε, καὶ διαπορθμεύσας εἰς Κρήτην ἐμίγη αὐτῇ.* Certum iudicium dare nos vetat subscriptio *ἡ ἱστορία παρ' Ἡσιόδῳ καὶ Βακχυλίδῃ.* — Acusilai sententia, quod quidem hanc fabulæ partem attinet, etiam apud posteros reperitur, quamvis non semper res plane in aperto sit: Eur. „Phrixus“, frg. 820 N² (Erat. Catast. 14). (Cf. Hyg. Poet. astr. 2, 21 p. 469). Diod. V 78, 1; IV 60, 2. Germ. Arat. Phæn. 536 ss.; Schol. Arat. Phæn. 167. — Si quis scholio Arat. Phæn. 173, quod Vulcanum patri taurum ratione præditum donasse refert, uti velit ut Acusilai sententiam illustret, ei obvertendum est, res olim separatas a scholiasta demum (vel Nigidio) conglutinatas esse, ut evaderet historia una atque continua; sæpissime enim hoc modo *ἱστορίαι* fabricabantur.

Sine dubio eundem Acusilai operis locum spectant tria quæ nunc prolaturus sum fragmenta:

Frg. 27 (25) = *schol. Pind. Pyth. III 25* (13 rec.; p. 329 Bœckh):

διατί δὲ προὐτίμησε (scil. *Κορωνὶς*) *τὸν Ἴσχυν τοῦ Ἀπόλλωνος; Ἀκουσίλαός φησιν, ὡς κατὰ δέος ὑπεροψίας θνητῷ βουληθεῖσα συνεῖναι.*

2. *Ἀγησίλαος* plerique libri; correxit Bœckh e Gott. Cf. adn. 18. *ὡς κτλ.*] *ὡς δέους ὑποψίας* Gott.

Fundamenta ad hoc fragmentum recte intelligendum nobis jecit U. de Wilamowitz qui Eœam Hesiodeam Coronidis nomine inscriptam restituit.[81]) Apud Hesiodum Coronis a patre coacta mortali nupserat. Pindarus innocentem pœna affici noluit; quare virginem hospitem Arcadicum deo prætulisse narrat. Acusilaus, cum causam huius concubitus quærat, Pindaro ætate postponendus demonstratur.

Habemus quare Acusilaum diligenter hanc historiunculam protulisse sumamus. Aesculapius enim, Coronidis et Apollinis filius, in Argolide potissimum colebatur et Epidaurus Argis vicina præclarissimo Aesculapii templo gloriabatur. Bœckh in adnotatione scholio adscripta se nescire confitetur qua de causa Coronidis in Argivorum rebus mentio facta sit. At tamen genealogias Acusilaus scripsit!

Haud dubie in gente aliqua Peloponnesiaca enarranda de hac re fabulisque quas duo præbent fragmenta sequentia verba fecit Acusilaus sive ad Argos ipsos fragmenta referas (quod Epidauri Aesculapius natus ferebatur[82]) sive ad *Φωκικὸν γένος* (Ischys Elati Elateæ, urbis Phocidis, eponymi filius) sive ad *Θεσσαλικὸν γένος* (Coronis Phlegyæ Thessali filia).

---

[81]) Isyll. v. Epid. p. 57 ss. De Coronide cf. præterea Schwenck, Rh. M. XI p. 492 ss.

[82]) Cf. Paus. II 26. — Ita iudicavit Bœckh in schol. Pind. editionis præf. p. XX.

Frg. 28 = *Philodem. περὶ εὐσεβ. p. 17 (tab. 45 b, 5) G.* (= Hes. frg. 125):

Πίν]*δαρος δὲ* .... [*ὑ*]*πὸ Διὸς φο*[*βηθέντος*] *μή τινί πο*[*τε?*] *ὅπλα* .... *τὸν Ἀσκλ*[*ηπιὸν δ' ὑ*]*πὸ Διὸς κα*[*τακτα*]*θῆναι γέγρ*[*αφεν Ἡ*]*σίοδος κα*[*ὶ Πίνδ*]*αρος* (? Pyth. III 57) *καὶ Φε*[*ρεκύδης*] (frg. 8) *ὁ Ἀθηναῖος* [*καὶ Πανύ*]*ασσις*(?) *καὶ Ἄ*[*νδρων*(?)] *καὶ Ἀκουσ*[*ίλαος καὶ*] *Εὐριπίδ*[*ης* .....

1. Gomp. verisimiliter (cf. Apollod. III 122) explevit: *μή τινί πο*[*τε* ...] *ὅπλα κατ*[*ασκευάσῃ*]. Bergkii (PLG I⁴ p. 464) coniectura refutanda mihi videtur hac ipsa de causa quam vir doctus ille affert: vulgo Apollinem Cyclopes interfecisse perhibetur.
2. *κατακταθῆναι*] Körte (cf. Eur. Alc. 3; Philod. l. c.) *κεραυνωθῆναι* Gomp. Sed iam Muenzel, Quæst. myth. p. 23, 1 iure exposuit, cum charta aperte præberet *K⊢*, his litterarum apicibus nil subesse posse nisi verbum aliquod cum præpositione *κατα*— compositum.
3. *Ἡσίοδος*] in Eœa „Coronis" (Wilam. l. l.); cf. Hesiodi versus servatos frg. 125.
   κα[*ὶ*] Rzachii editio non recte: *κ*[*αὶ*.
   Πίνδαρος] *ΔΡΟC* charta exhibet.
4. *Πανύασσις*] *ΔΟCIC* legitur in papyro.

Philodemo teste Acusilaus narraverat, Aesculapium ab Iove fulmine percussum esse; quæ erat fabula vulgaris atque trita. Est quæstio quæ apud scriptorem causa fuerit medici interficiendi; nam quin protulerit eam, quia eius naturæ atque consilio erat consentaneum, dubium non est. Unam tantum causam traditam tenemus et quidem eam quod mortuis vitam reddidisset deus;[83]) quam igitur et Hesiodo[84]) et Acusilao attribuam.

---

[83]) Præter Pindarum cf. Aesch. Ag. 1022; Eur. Alc. 3 ss. 123 ss.; Pherec. frg. 8, qui homines Delphis ex morte excitatos esse refert. Qua arrogantia apud Apollod. III 122 Iovi timor inicitur, apud Diod. IV 71, 2 Plutoni causa est querendi.

[84]) Frg. 125, Athenag. pro Christ. 29: *περὶ δὲ Ἀσκληπιοῦ Ἡσίοδος μὲν Πατὴρ δ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε | χώσατ' ἀπ' Οὐλύμπου δὲ βαλὼν ψολόεντι κεραυνῷ | ἔκτανε Λητοΐδην, Φοίβῳ σὺν θυμὸν ὀρίνων.* Illud *χώσατο* iræ causam postulare iam Muenzel (l. l. p. 24) vidit.

Frg. 29 = *Philodem. περὶ εὐσεβ. p. 34 (tab. 63, 1) G.* (= Hes. frg. 126):

Ἄν]δρων δ' ἐν [τοῖς] Συγγενικοῖς Ἀ[δμή]τῳ λέγει τὸν Ἀ[πόλ]λω θητεῦσαι Δ[ιὸς] ἐπιτάξαντος· [Ἡ]σίοδος (cf. frg. 127) *δὲ καὶ Ἀκο[υσ]ίλαος μέλλειν [μὲν] εἰς τὸν Τάρταρον [ὑ]πὸ τοῦ Διὸς ἐ[μβλη]θῆναι, τῆς δ[ὲ Λητοῦς] ἱκετε(ο)υσά[σης ἀν]δρὶ θητ[εῦσαι*

2. *ἐπιτ.*] *ΕΓΚΤΑΞΑΝΤΟϹ* charta; sed v. Apd. III 122.

4. *τῆς δὲ Λητοῦς*] *τῆς Λ[ητοῦς δ']* Gomp. sed *Δ*... in charta legitur; cf. Apollod. III 122. Exitus paginæ hic est: [*καὶ*] *Ὅμηρος δὲ τ[αύτης] τε τῆς [θητείας αὐ]τοῦ μ[νημονεύει] καὶ τ[ῆς ἣν „μισθῷ ἔ]πιρ ῥητ[ῷ“ παρὰ(?) Λαομέ]δοντι μ[ετὰ Ποσει]δῶνος ..... [τὸν] μισθὸν ἀ[πεστερή]θησαν .....*

Apollinem a Iove punitum esse ob Cyclopum necem Hesiodus narravit, quem ut in pœna[85]) ita in crimine enarrando Acusilaum secutum esse veri simile est (cf. Eur. Alc. 1 ss. cum scholl.).[86]) Admeti fabula in eadem Eœa tractata est ac Coronidis mors Aesculapiique fata, arte igitur hoc fragmentum cum antecedentibus cohæret.[87])

Frg. 30 (24) = *Apollod. III 199:* (cf. frg. 38).

Ὠρείθυιαν δὲ παίζουσαν ἐπὶ Ἰλισσοῦ ποταμοῦ ἁρπάσας Βορέας συνῆλθεν· ἡ δὲ γεννᾷ θυγατέρας μὲν Κλεοπάτραν καὶ

[85]) Iam Hom. B 766; hymn. Hom. in Mercur. Ceteros v. apud Pauly-Wiss. s. v. Admetos.

[86]) Nostro fragmento non proficimus. Quod contra Prellerum-Robertum p. 287, 1 monendum est. — Illud quoque Prelleri (p. 287) improbandum est: „Er (Apollon) habe sich, so hiess es in dieser Sage, durch das vergossene Blut des Python verunreinigt gehabt und deshalb fliehen und sich einer langen Busse unterziehen müssen“; ibid. adn.: „O. Müller Dor. I 325 f., Proleg. 300 bringt damit die Sage von Apollons Dienst bei Admet in Verbindung. Indessen wird in der litterarischen Überlieferung dieser Dienst stets durch die Tötung der Kyklopen motiviert“. Immo contra Muelleri iudicium commendatur scholio Eur. Alc. 1: .... *Ἀναξανδρίδης δὲ* (FHG III p. 107, frg. 5: *Ἀλεξανδρίδης*) *ὁ Δελφός φησι θητεῦσαι αὐτόν, διότι τὸν ἐν Πυθοῖ δράκοντα ἀνεῖλεν.* Cf. Wernicke ap. Pauly-Wiss. s. v. Apollon p. 25; Wilam. Is. v. Ep. p. 75.

[87]) Cf. Hyg. p. 57, 13 ss. Schm.; Apollod. III 118 ss.; Diod. IV 71: Nusquam continuationem et rerum ordinem perturbare vel interrumpere licet.

Χιόνην, υἱοὺς δὲ Ζήτην καὶ Κάλαϊν πτερωτούς, οἳ πλέοντες σὺν Ἰάσονι καὶ (del. Hercher) *τὰς Ἁρπυίας διώκοντες ἀπέθανον, ὡς δὲ Ἀκουσίλαος λέγει, περὶ Τῆνον ὑφ' Ἡρακλέους ἀπώλοντο.*

1. **παίζουσαν**] Staveren. (cf. Plat. Phædr. p. 229 C; Paus. I 19, 6; schol. Apoll. Rh. A 211 fin.) **περῶσαν** A.

Quænam inter Hesiodum et Acusilaum intercesserit necessitudo, satis certo diiudicari nequit. Hoc tantum monuerim, apud poetam quoque Aquilonis filios non in Harpyiis persequendis morte afflictos fuisse, sed Hesiodum Mercurium Iridis loco introduxisse.[88]) Phinei fabulam ab Acusilao narratam esse veri simile non est; discrepant enim ab ea et quæ frg. 4 de Harpyiis tradit et quæ nostro fragmento de Boreadum interitu narrat. Fortassis breviter tantum fragmento antecedenti annexuit, Aquilonem cum Oreithyia filios genuisse Zetam et Calain, qui ab Hercule ad Tenum occisi essent.[89])

Quamquam Apollonius Rhodius A 1298 ss. et scholl. 1300. 1304 fusius exponunt quare Hercules Boreadas ad Tenum necaverit, tamen ad Acusilai causam eruendam non ducimur. — Acusilaus huius narrationis non solus est testis.[90])

Ad Argonautarum fabulas duo spectant fragmenta hæc:

Frg. 31 (8) = *schol. Apollon. Rh. Arg. B 1122 (p. 443, 14 K)* (= Hes. frg. 152):

Ἄργος δὲ παροίτατος] εἷς τῶν Φρίξου παίδων οὗτος. τούτους δὲ Ἡρόδωρός φησιν ἐκ Χαλκιόπης τῆς Αἰήτου θυγατρός, Ἀκουσίλαος δὲ καὶ Ἡσίοδος ἐν ταῖς Μεγάλαις Ἠοίαις φασὶν

---

[88]) Hes. frg. 58 (schol. Apoll. Rh. B 297): ***Ἀπολλώνιος μὲν οὖν τὴν ἀποστρέψασαν τοὺς περὶ Ζήτην Ἶριν λέγει, Ἡσίοδος δὲ Ἑρμῆν.***

[89]) Quam leviter talia adjuncta sint, apparet ex. gr. ex Hesiodo, Th. 287 ss. 314 ss. 327 ss. etc.

[90]) Cf. Hyg. p. 47, 21 ss. Schm.; Sen. Med. 637; schol. Pind. O. IV 26. 32.

ἐξ Ἰοφώσσης τῆς Αἰήτου. καὶ οὗτος μέν φησιν αὐτοὺς τέσσαρας, Ἄργον, Φρόντιν, Μέλανα, Κυτίσωρον. Ἐπιμενίδης δὲ καὶ (*καὶ* om. L) *πέμπτον προστίθησι Πρέσβωνα.* *L.*

1. *τούτους δὲ*] L f *δν Ἡρ.* p.
3. *Ἡσίοδος*] Cf. frg. 152. 153.
5. *Κυτίσωρον*] L f *καὶ Κύτωρον* p.

Τούτους vocabulum indicat Acusilaum Phrixum Iophossamque parentes nominasse; quod vero sequitur *οὗτος* liberorum nomina alii atque poetæ adscribi vetat. Nihilominus nostrum etiam in liberis appellandis cum Hesiodo consensisse iudicaverim eo nisus quod Argus, cuius nomen ex scholii contextu etiam Acusilao attribuendum esse videtur, semper conjunctus affertur cum tribus illis filiis ab Hesiodo nominatis.[91])

Itidem alia ex parte quattuor liberorum nomina ab Hesiodeis plane diversa semper coniunctim exhibentur.[92]) Iophossam[93]) soli Hesiodus et Acusilaus matrem tradunt.

Ad *γένος Βοιωτικόν* fragmentum fortasse referes, cum Phrixum Athamantis Bœotiæ regis filium fuisse constet. At refellere nequeo eum qui contendet, Deucalionis progeniem ansam ad enarrandam Argonautarum expeditionem dedisse ideoque fragmentum quod modo tractavimus cum fragmento 32 annectendum esse fragmento 21 (cf. Mueller FHG I p. 25/26, Hecat. frg. 334. 338. 339).

Frg. 32 (9) = *schol. Apoll. Rh. Arg. Δ 1147:*

Ἴσχε δ' ἑκάστην αἰδώς] *διὰ τούτων τὰς νύμφας φησὶν ἐπιθυμούσας ἅψασθαι τοῦ μαλλοῦ διὰ τὸ κάλλος ὅμως αἰδουμένας*

[91]) Cf. Apollod. I 83; Hyg. p. 39, 19 s. 49, 2. 52, 16 s. Schm.

[92]) Cf. ex. gr. Hyg. p. 49, 2 s. Schm.: „. . . Item accesserunt ex insula Aria Phrixi et Chalciopes Medeæ sororis filii Argus Melas Phrontis Cytisorus (ut) alii aiunt (vocitatos Phronius) Demoleon Autolycus Phlogius".

[93]) Schol. Apoll. Rh. B 1149: *Χαλκιόπην. Φερεκύδης ἐν ἕκτῳ Εὐηνίαν αὐτήν φησι καλεῖσθαι, παρώνυμον* (L *Ἐπώνυμον* p f) *δὲ αὐτῇ Χαλκιόπῃ καὶ Ἰοφῶσσα* (L, cf. Schœm. Opusc. II p. 247, 67; *Ὀφιοῦσα* p f). Cf. Hesych. s. v. *Ἰοφῶσσα: ἡ χάλκειος* (*χάλκιος* cod. *Χαλκιόπη* recte Mueller) *ὥς φησι Φερεκύδης.*

ἀπέχεσθαι διὰ τὸ ἐπ' αὐτοῦ μέλλειν γίνεσθαι τὴν μῖξιν. περὶ δὲ τοῦ δέρους, ὅτι ἦν χρυσοῦν, οἱ πλεῖστοι ἱστοροῦσιν. Ἀκουσίλαος δὲ ἐν τῷ περὶ γενεαλογιῶν πορφυρευθῆναί φησιν ὑπὸ τῆς θαλάσσης. *L.*

Forma discedit p.
5. *ὑπὸ*] p *ἀπὸ* L f.

Scholii quid sit Acusilai manifestum est neque minus eum ab Hesiodo (frg. 51) abhorrere perspicitur. Illud tantum dubium esse potest, num auctor multis atque expressis verbis vellus mari colore purpureo affectum esse narraverit an in transcursu *δέρος πορφυροῦν* commemoraverit. Acusilao quoque arietis pellis omnium est pretiosissima: aurea igitur vel purpurea — idem valet. Sed purpuream eam esse maluit, ut explicatio cum ratione magis congrueret.[94]) Neque uno hoc loco velleris purpurei memoriam traditam repperi.[95])

Cum semper ad genealogias potius quam ad fabulas copiose narratas frustula referenda sint, Iasonis stemmati, genti igitur alicui Thessalico, fragmentum immisceam (cf. ad frg. 31).

Frg. 33 (21) = *Apollod. III 30:*

κατεβρώθη ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν (scil. *Ἀκταίων*). *καὶ τοῦτον ἐτελεύτησε τὸν τρόπον, ὡς μὲν Ἀκουσίλαος λέγει, μηνίσαντος τοῦ Διὸς ὅτι ἐμνηστεύσατο Σεμέλην, ὡς δὲ οἱ πλείονες, ὅτι τὴν Ἄρτεμιν λουομένην εἶδε.*

2. *καὶ — τρόπον* del. Hercher virgula post *κυνῶν* posita, Herm. XI p. 234.
μὲν] Rb Hr. *μὲν οὖν* ES.

Acusilaum causæ alicuius testem advocari non iam mirabimur: discrepantiæ auctoris cum Hesiodo vel aliis plerumque in causis afferendis positæ sunt. Acusilai narrationem iam

[94]) Neque certe offendebat Acusilai opinio, cf. Hom. *Α* 482. *β* 428. *ν* 85. *Φ* 326. *λ* 243. *Π* 391.

[95]) Anth. Gr. 15, 25 Iason appellatur *φὼρ πορφυρέου κριοῦ.*

Stesichorus exhibuerat.[96]) Hesiodus num omnino Actæonis mentionem fecerit, satis certo enucleari nequit.[97]) Acusilaus etiamsi Stesichorum non plane secutus est (apud lyricum enim Diana iuvenis mortem efficit, apud nostrum vero Iupiter) tamen significantissimum est, nostrum ex eo poeta hausisse qui in fabula enarranda speciem veri servare conatus esset: Himeræus enim non iuvenem cervi figura indutum, sed Dianam cervi pellem ei circumicientem nobis poposuit.[98]) Acusilaus, cum causam mortis attulerit, etiam mortem ipsam, brevissime licet, descripsit; haud dubie apud auctorem nostrum Iupiter Diana quasi instrumento utebatur. Genealogiarum scriptorem etiam ortum Actæonis præbuisse pro certo habeo. Nostrum Apollodori locum stemma antecedit; quod cum et Hesiodi vestigia contineat[99]) et cum Acusilai testimonio arte coniunctum sit, suspicor, hanc prosapiam utriusque auctoris esse.

Nulli genti nisi Bœoticæ alicui fragmentum addicere possum: Actæon enim, Aristæi atque Autonoæ Cadmi filiæ filius, heros fuit Bœoticus.

---

[96]) Paus. IX 2, 3: *Στησίχορος δὲ ὁ Ἱμεραῖος ἔγραψεν ἐλάφου περιβαλεῖν δέρμα Ἀκταίωνι τὴν θεόν, παρασκευάζουσάν οἱ τὸν ἐκ τῶν κυνῶν θάνατον, ἵνα δὴ μὴ γυναῖκα Σεμέλην λάβοι.* Cf. vasculum Atticum figuris rubris pictum (Mon. d. Inst. XI tab. 42), ubi et Artemis et — quod Semelem indicare videtur — Iupiter Actæonis morti intersunt.

[97]) Hes. frg. 131 (Philod. *περὶ εὐσεβ.* p. 60 tab. 147, 1—3 G.): [*Στησίχορ*]*ος* (?) *Ἀκταίωνι καὶ* [*Ἀλκμά*]*ν, καὶ καθάπερ* ..... *ἐν Ἠοία*[*ις* ... Quare nimis audacter Wentzel ap. Pauly-Wiss. s. v. Aktaion.

[98]) Robert, Bild u. Lied p. 25 s. Optime Julius Ziehen (Bonn. Stud. p. 179 ss.) exposuit, in eiusmodi monumentis, sive in vasculis sive in lapidibus, artificem artem defecisse, quare eum, cum immutationem probabilem nobis reddere studeret, Actæonem pelle circumdatum creavisse.

[99]) Hic est Apollodori locus: *Αὐτονόης δὲ καὶ Ἀρισταίου παῖς Ἀκταίων ἐγένετο, ὃς τραφεὶς παρὰ Χίρωνι κυνηγὸς ἐδιδάχθη, καὶ ἔπειτα ὕστερον ἐν τῷ Κιθαιρῶνι κατεβρώθη ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν.* — Hesiodo certe notum fuit hoc conjugium: Th. 977. Cf. Hyg. p. 36, 14 Schm. Quod ad Chironis educationem, cf. Hes. frg. 19; Th. 1001; Eœam „Coron.“ Wilam. l. l.

Frg. 34 (10) = *schol. Apoll. Rh. Arg. Δ 57:* (id. Phavorinus s. v. *Λάτμιον*):

Οὐκ ἄρ' ἐγὼ μούνη μετὰ Λάτμιον] *Λάτμος ὄρος Καρίας, ἔνθα ἔστιν ἄντρον, ἐν ᾧ διέτριβεν Ἐνδυμίων, ἔστι δὲ καὶ πόλις ἡ λεχθεῖσα Ἡράκλεια. τὸν δὲ Ἐνδυμίωνα Ἡσίοδος* (frg. 11) *μὲν Ἀεθλίου τοῦ Διὸς καὶ Καλύκης, παρὰ Διὸς εἰληφότα τὸ δῶρον „ἶν αὐτῷ ταμίαν εἶναι θανάτου" ὅτε θέλοι ὀλέσθαι· καὶ Πείσανδρος δὲ τὰ αὐτὰ φησὶ* (*δὲ-φησὶ* om. L) *καὶ Ἀκουσίλαος καὶ Φερεκύδης καὶ Νίκανδρος ἐν δευτέρῳ Αἰτωλικῶν καὶ Θεόπομπος ὁ ἐποποιός. ἐν δὲ ταῖς Μεγάλαις Ἠοίαις λέγεται τὸν Ἐνδυμίωνα ἀνενεχθῆναι ὑπὸ τοῦ Διὸς εἰς οὐρανόν· ἐρασθέντα δὲ Ἥρας εἰδώλῳ παραλογισθῆναι [τὸν ἔρωτα] νεφέλης καὶ ἐκβληθέντα κατελθεῖν εἰς Ἅιδου.* *L.*

5. *ἶν αὐτῷ*] ex Apollon. Dysc. de pron. 106 A Schn. restituit Schæfer ex *ἐν αὐτῷ*, quod præbent L p. Cf. Lex Gortyn. II 40 *Ϝῖν αὐτῷ* et Hesych. *ἶν αὐτῷ· αὐτὸς αὐτῷ*. Rzach, Wien. Stud. V p. 201.

8. *Μεγ. Ἠ.*] Hes. frg. 148.

10. *εἰδώλῳ παραλογισθῆναι τὸν ἔρωτα νεφέλης* L I *παραλογ. εἰδώλῳ νεφέλης διὰ τὸν ἔρωτα* p *τὸν ἔρωτα* uncis seclusit Keil.

Longo in scholio, quod ex Theone manasse videtur,[100]) fabula Elea cum Carica confusa est.[101]) Caricam spectat spelunca initio commemorata, itidem Lunæ amor postea enarratus. Interjecta est Endymionis genealogia Elea. Quod huic demum Hesiodi nomen appositum est, poetam fabulam Eleam præbuisse apparet et Ascræo solum stemma[102]) cum enuntiato ei adjuncto attribui posse. Confirmat iudicium Apollonius Dyscolus, cum Hesiodi versum nobis servaverit.[103]) Suspicio mihi se offert, num fortasse locus ille Apollodoreus (I 56), pleniorem Hesiodi opinionem nobis exhibeat;[104]) illud enim

---

100) Cf. schol. Theocr. III 49; adn. 7.

101) Cf. v. Sybel ap. Rosch. s. v. Endymion.

102) Cf. Apollod. I 56; Hyg. p. 146, 2 s. Schm.; Paus. V 1, 2.

103) De pron. 106 A Schn.: *τῇ „τίν" σύζυγος ἡ „ἶν" τοῦ τ ἀρθέντος. Ἡσίοδος „Ἶν δ' αὐτῷ θανάτου ταμίης".*

104) Magnarum Eœarum sententiam eodem in scholio allatam non licet in contrariam partem proferre, quippe quod carmen a compluribus poetis compositum esse videatur.

ὅτε θέλοι ὀλέσθαι (l. 5) non tam auctorem quam scholiastam olere probat Dyscoli versus, *ταμίης* igitur vox non minus ad modum mortis quam ad terminum referri potest.

Genti alicui Eleæ fragmentum assigno; nam quæ de Endymione non pastore — nam hic in mytho genealogia certe gloriari non poterat — sed regis filio proferuntur, Elidem nobis indicant. Aeoles ex Thessalia Elidem duxit Endymion (Apollod. l. l.), ubi regnum obtinuit.[105])

Frg. 35 (15; Ios. epitomam ceterosque locos om. Muell.):

Ioseph. Antiq. Iud. I 3, 9 et ex eo Ios. Ant. Iud. epit. I 107 et 108 (= Hes. frg. 256):

Μαρτυροῦσι δέ μου τῷ λόγῳ (scil. Noë nongentos quinquaginta annos demum post diluvium diem supremum obiisse) (in epit. statim nomina sequ.) *πάντες οἱ παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις συγγραψάμενοι τὰς ἀρχαιολογίας·* (sequuntur nomina) . . . . *συμφωνοῦσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις Ἡσίοδός τε καὶ Ἑκαταῖος* (frg. 365) *καὶ Ἑλλάνικος* (frg. 89) *καὶ Ἀκουσίλαος καὶ πρὸς τούτοις Ἔφορος* (frg. 24) *καὶ Νικόλαος* (frg. 97) *ἱστοροῦσι* (epit.: enuntiatum relat. *οἵ*...) *τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια.*

Iosephi locum ad verbum exscripserunt Io. Laurent. Lyd. de mens. III 5 (p. 39, 18 Wuensch); Eus. præp. ev. IX 13 p. 415 D; Ge. Syncellus Chronogr. p. 43 B. Eusebium exscripsit Simeon Logoth. in Cram. Anecd. Par. I 14: *οἱ δὲ τὰ Φοινικὰ συγγραψάμενοι Ἡσίοδός τε κτλ.* Ge. Cedrenus, Histor. Comp. p. 11 b C, ed. Bekker. I p. 23, 15.

5. *Ἡσίοδος*] ad Oper. 130 pertinere suspicatur Kink. EGF I 166. Fortasse addere licet Op. 113 s.: *οὐδέ τι δειλὸν γῆρας ἐπῆν* . . .

Quæ auctorum series, quam iterum iterumque exscriptam deprehendimus, haud dubie ex lexico quodam deprompta est. Iam vero, quomodo tales facti sint catalogi, nemo est quin sciat: omnia quæ aliquod similitudinis vestigium præbent con-

105) Ibyc. frg. 43 Bergk.

ferruminantur. Equidem catalogum auctorum, qui homines summi ætatis (*μακροβίους*) attulerant quorumque unus fortasse vocabulo mille utebatur, propensus sum intellegere.

Loci quos iam prolaturus sum fortasse quæ viam nobis monstrent ad Acusilai sententiam intellegendam idonei sunt.

Ab Hesiodo Acusilai fonte proficiscamur. Hes. frg. 161 (de Tiresia) *ἑπτά τ' ἐπὶ ζώειν γενεὰς μερόπων ἀνθρώπων.* Id. frg. 171 (de Musis):

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
ἀνδρῶν γηράντων· ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος·
τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται· αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ
ἐννέα μὲν κόρακας, δέκα φοίνικας δέ τοι ἡμεῖς
Νύμφαι ἐυπλόκαμοι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Quod etiam ad homines esse relatum, demonstrat schol. Lyc. 794: *Κόρακα εἶπε τὸν Ὀδυσσέα διὰ τὸ πολυχρόνιον· καὶ γὰρ προγενέστερόν φασι τὸν Ὀδυσσέα τοῦ Νέστορος· ὁ δὲ κόραξ, ὥς φησιν Ἡσίοδος, ρη' γενεὰς ζῇ.*

Hes. frg. 171 (Plin. N. H. VII 48 quod caput multa exhibet exempla): „Hesiodus qui primus aliqua de hoc prodidit fabulose, ut reor, multa de hominum ævo referens cornici novem nostras attribuit ætates . . .“ Maxime idoneus est locus Val. M. VIII 13: „Hellanicus (etiam logographus!) vero ait, quosdam ex gente Epiorum, quæ pars est Aetoliæ, ducentos explere annos“ (idem fere Plin. N. H. VII 48). Plin. N. H. VII 48: Ephorus (historicus!) Arcadum reges CCC annos vixisse“ (eadem Censor. De die nat. c. XVII).

Ita igitur fortasse Acusilaum quoque de hominibus *μακραίωσι* verba fecisse suspicor. Et re vera dubium non est, quin hoc lacunarum explendarum medicamentum ei interdum gratissimum atque peridoneum fuerit, cum historiam continuam scribere studuerit et bene comparatam.

Fragmentum ad certum *γένος* referri nequit.

Fragmenta dubia.

Frg. 36 (27) = *schol. Pind. O. VII 42 a* Drachm. (p. 166 Bœckh):

Τὸ δ' Ἀμυντορίδαι ματρόθεν] ἐναντίως τῷ ποιητῇ τὰ περὶ τῆς μητρὸς Τληπολέμου ἱστορεῖ ὁ Πίνδαρος. Ὅμηρος μὲν (*B* 658) *γὰρ αὐτὴν Ἀστυόχην ἀποκαλεῖ καὶ Ἄκτορος* (*B* 513) *εἶναι θυγατέρα βούλεται ἐν οἷς φησιν· ὃν τέκεν Ἀστυόχεια. ἔοικε δὲ ὁ Πίνδαρος ἐντετυχηκέναι Ἀκουσιλάῳ τῷ ἀρχαίῳ ἱστοριογράφῳ. ἐκεῖνος γὰρ οὕτως γενεαλογεῖ· Ὑπερόχης Εὐρύπυλος· οὗ Ὄρμενος· οὗ Φέρης· οὗ Ἀμύντωρ· οὗ Ἀστυδάμεια ἡ Τληπολέμου μήτηρ. καὶ αὐτὸς δὲ Ἀμύντωρ εἰς Δία τὸ γένος ἀνάγει· ἔνιοι δὲ καὶ υἱὸν Ἀμύντορα τοῦ Διὸς εἶναι λέγουσιν.*

Subsequitur (42 b Drachm.): ***Ἀστυδαμείας] Ὅμηρος ταύτην Ἀστυόχην φησίν, οὐκ Ἀστυδάμειαν. εἰκὸς δὲ τὸν Πίνδαρον ἀπαντῆσαι ταύτῃ τῇ γραφῇ*** (*B* 658)·

ὃν τέκεν Ἀστυδάμεια βίῃ Ἡρακληείῃ.

καὶ Ἡσίοδος δὲ (frg. 109) ***Ἀστυδάμειαν αὐτήν φησι, Φερεκύδης δὲ*** (frg. 37 a FHG I 82) ***Ἀστυγένειαν. ἣν δὲ Φύλαντος θυγάτηρ· τινὲς δὲ ἐξ Ἀντιγόνης αὐτῷ Τληπόλεμόν φασιν· ἐνταῦθα δὲ Ἀμύντορος αὐτήν φησιν ὁ Πίνδαρος, Ἡσίοδος δὲ*** (l. l.) ***καὶ Σιμωνίδης Ὀρμένου. εἰκὸς δὲ ὅτι ὁ Πίνδαρος παρὰ τῶν κατὰ τὴν πόλιν λογίων ἤκουσεν Ἀμυντορίδας εἶναι Ῥοδίους μητρόθεν.***

5. ***τῷ Ἀχαιῷ*** BEQ Drachm.: ***τῷ παλαιῷ*** C [***Ἀκουσιλάῳ***] ***τῷ ἀρχαίῳ*** cj. Bœckh. ***τῷ Ἀργείῳ*** vel ***Ἑκαταίῳ ἱστ.*** cj. Mueller FHG IV 286. ***Αὐτεσίωνι τῷ ἀρχ. ἱστ.*** Bergk, N. Ibb. 117 (1878), 39.
6. ***Ὑπερόχου*** Ev ***Ὑπερόχη*** C.

Bœckhii conjecturam et ob causas ab ipso allatas et ideo accipiendam esse iudicaverim quod ita concentus Acusilai cum Hesiodo efficitur. „Acusilai" testimonium usque ad *μήτηρ* (l. 8) pertinet: totus loci contextus id demonstrat. Genealogiæ exilitas nos, quominus fragmentum fortasse ad verbum exprẽssum dicamus, non impediet, quippe quod nos cogitare non vetet, aliis operis locis fabulas verbosius narratas fuisse.[106]) Hesiodo Pindaro Acusilao exceptis Astydameia

[106]) Cf. ex. gr. Hom. *Γ* 230 ss. *Z* 153 ss. 196 ss. *o* 248 ss., deinde Hecatæum Hellanicum Herodotum alios.

Tlepolemi mater non vocatur. Homeri atque Acusilai sententias connectere studet Apollodorus.[107])

Quoniam auctoris nostri opus *γενεηλογίαι* inscriptum fuit, non ad Troicas res, sed ad Heraclidarum[108]) *γένη* fragmentum, si quidem Acusilai est, referam

Frg. 37 (27) = *schol. Hom. λ 520 QV:*

Εὐρύπυλον] Εὐρύπυλος ὁ Ἀστυόχης καὶ Τηλέφου τοῦ Ἡρακλέους παῖς λαχὼν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν τῆς Μυσίας προΐστατο. πυθόμενος δὲ Πρίαμος περὶ τῆς τούτου δυνάμεως ἔπεμψεν ὡς αὐτὸν ἵνα παραγένηται σύμμαχος. εἰπόντος δὲ αὐτοῦ ὡς οὐκ ἐξῆν αὐτῷ διὰ τὴν μητέρα, ἔπεμψεν ὁ Πρίαμος τῇ μητρὶ αὐτοῦ δῶρον Ἀστυόχῃ χρυσῆν ἄμπελον· ἡ δὲ λαβοῦσα τὴν ἄμπελον τὸν υἱὸν ἔπεμψεν ἐπὶ στρατείαν, ὃν Νεοπτόλεμος ὁ τοῦ Ἀχιλλέως υἱὸς ἀναιρεῖ. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀκουσιλάῳ.

5 s. *δῶρον — υἱὸν* V; *δῶρα. ἡ δὲ λαβοῦσα τὸν υἱὸν* Q mediis omissis.

8. *ἡ δὲ ἱστορία π. Ἀκ.* om. Q.

Scholiis, quibus subscriptum est *ἡ ἱστορία παρὰ τῷ δεῖνι, ἱστορεῖ ὁ δεῖνα* similia, fidem denegandam esse optime demonstravit Ed. Schwartz.[109]) Sæpius ne verbum quidem scholii ad auctorem subscriptum referri potest. Quare fragmenta 37 38 39 40 dubiis adscripsi. Nihilominus, num fortasse quid ex iis Acusilao elicere possimus, exploremus et primum quidem quæramus, quænam ratio in eiusmodi scholiis disponendis atque inquirendis nobis adhibenda sit. In universum illas fabularum partes quæ res amplectuntur ab antiquissimis temporibus om-

107) II 166: Astyocham, Phylantis filiam, ex Hercule Tlepolemi matrem fuisse narrat, Astydameian vero, Amyntoris filiam, ex eodem Hercule Ctesippi (cf. Diod. IV 37).

108) Cf. Apollod. II 149; Diod. IV 36, 1 (Compend. mythol.!); Apollod. ep. 3, 13; Hyg. p. 15, 10: 90, 21 Schm.; schol. Pind. O. VII 36. 40.

109) De scholiis Homericis ad historiam fabularem pertinentibus (Fleckeis. Ib. Suppl. 1881 p. 405 ss. Ad nostrum frg. præcipue cf. p. 421). Vide etiam Dindorfium in editione scholl. in Iliad. I p. XIV s.

nibus vel certe plerisque communes, sejungemus, quippe quibus Acusilai proprium testimonium servatum esse veri non sit simile; immo sumemus, illas a posteris Acusilai cuidam sententiæ additas esse, ut historia evaderet una atque bene comparata, vel enuntiatum ex Acusilao haustum narrationi esse insertum.

Auctori nostro igitur attribuemus: 1) sententias quæ ab opinionibus tritis pervulgatisque discrepant, 2) omnia quæ cum Acusilai ratione atque consilio congruunt.

Mediam illam partem, *πυθόμενος — ἐπὶ στρατείαν*, Acusilao abrogandam esse apparet, quippe quæ historiuncula iam in carmine, quod inscriptum erat *Ἰλιὰς μικρά*, narrata fuisset.[110]) Ergo aut Acusilaus Parvam Iliadem excerpsit[111]) hæcque scholii pars ex nostro auctore manavit aut (quod mihi quidem in scholiis huius farinæ multo probabilius esse videtur) aliunde hæc fabulæ pars *ἱστορίας* efficiendæ causa inserta est (quod certe per se non vetat cogitare, etiam Acusilaum hoc narrasse). Quam suspicionem præterea duæ præcipue res commendant: 1) Hanc fuisse fabulam constat: Viti aurea olim ab Iove pro Ganymede data[110]) Astyocha adducta est, ut filium Troiam mitteret, quamvis Telephus sanatus neque se ipsum neque liberos contra Græcos pugnaturos esse promisisset.[112]) Quare — et hæc est vitii pœna — filius Troiam missus a Neoptolemo interficitur. At iam ne tecto quidem verbo fraus Astyochæ indicatur. Qua ex re igitur effici putaverim, plane abruptam hanc fabulæ partem ad historiam conficiendam insertam esse. 2) Ed. Schwartz l. l. p. 447 exposuit: „Quicumque igitur inveniuntur consensus bibliothecæ taliumque scholiorum, eos maximam partem non ad veterem aliquem

110) Kinkel EGF p. 41 s. frg. 6; Procl. ibid. p. 37. — Cf. de Wilam. Hom. Unters. p. 152 s.

111) Sic Stiehle l. l. p. 610, qui ceteras quoque fabulas, quæ Trojanorum res tractant, illo ex carmine ab Acusilao haustas esse coniecit.

112) Schol. Iuv. Sat. VI 655: „. . . (Telephus) venit supplex, petit (ab Achille) se curari, promisso hoc, ut numquam iam auxilium ferat Trojanis nec ipse nec de suis aliquis . . .“

auctorem eundem ab omnibus exscriptum referes, sed ex natura derivabis compendiorum.“ Iamiam cum nostro scholio conferas Apollod. ep. 5, 12: *ἀφικνεῖται δὲ ὕστερον Τρωσὶ σύμμαχος Εὐρύπυλος ὁ Τηλέφου πολλὴν Μυσῶν δύναμιν ἄγων. τοῦτον ἀριστεύσαντα Νεοπτόλεμος ἀπέκτεινεν.* Id. ep. 3, 17:... *βασιλεύων δὲ Τήλεφος Μυσῶν, Ἡρακλέους παῖς* (cf. Diod. IV 33, 9 ss.[113]). Id. bibl. III 104 ... *καὶ τελευτῶντος αὐτοῦ* (scil. *Τεύθραντος*) *διάδοχος τῆς δυναστείας γίνεται* (scil. *Τήλεφος*). Vides igitur, hos inter Apollodori locos et scholium necessitudinem quandam et eam non parvam intercedere. At ne vestigium quidem historiunculæ quam supra exposui invenitur. In contrariam partem schol. *λ* 521 afferre fortasse licet, quo nonnullæ illius fabulæ formæ proponuntur, sed ne verbum quidem legitur genealogiæ. Quare veri est simillimum, in compendio illo scholii partes nondum fuisse conglutinatas.

Quibus perpensis quid ceteri scholii Acusilao assignandum sit enucleemus. In eiusmodi scholiis genealogia potius quam alia nostrum respicit, quippe qui „Genealogias“ composuerit et plerumque genealogiarum testis laudetur. Itaque hoc stemma ad Acusilaum referam, quamvis iam Parva Ilias id notum habuerit.[114]) Illud quoque *λαχὼν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν τῆς Μυσίας προΐστατο* maxime Acusilaum olet, quem „historiam“ scribere voluisse et regum series composuisse ex aliis fragmentis apparet. Restat ultimum enuntiatum quo Eurypylus a Neoptolemo interfectus continetur. Quam mortem notissimam[115]) certissime auctor commemoravit. Nostro vero scholio hoc facillime historiæ conficiendæ causa aliunde annecti poterat.

De fragmento inserendo idem valet quod ad frg. 36 exposui.

Frg. 38 (23) = *schol. Hom. ξ 533 HV:*

Ἐρεχθεὺς ὁ τῶν Ἀθηναίων βασιλεὺς ἴσχει θυγατέρα τοὔνομα Ὠρίθυαν (sic codd. *Ὠρείθυιαν* Dind.) *κάλλει διαπρεπεστάτην.*

---

113) Quod ad genealogiam, cf. præterea Hyg. p. 93, 7; 136, 21; 139, 15; 148, 5 Schm.

114) EGF Kink. p. 42 (frg. 7), p. 37.

115) Ita Proclus quoque in *ὑποθέσει* Parvæ Iliadis, Kink. l. l. p. 37.

κοσμήσας δὲ ταύτην ποτὲ πέμπει κανηφόρον θύσουσαν εἰς τὴν ἀκρόπολιν τῇ Πολιάδι Ἀθηνᾷ. ταύτης δὲ ὁ Βορέας ἄνεμος ἐρασθεὶς λαθὼν τοὺς βλέποντας καὶ φυλάσσοντας τὴν κόρην ἥρπασεν. καὶ διακομίσας εἰς Θρᾴκην ποιεῖται γυναῖκα. γίνονται δὲ αὐτῷ παῖδες ἐξ αὐτῆς Ζήτης καὶ Κάλαϊς, οἳ καὶ δι᾽ ἀρετὴν μετὰ τῶν ἡμιθέων (ἠϊθέων Sturz collato schol. Hom. *μ* 69) *εἰς Κόλχους ἐπὶ τὸ νάκος ἔπλευσαν ἐν τῇ Ἀργοῖ. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀκουσιλάῳ.*

Quamquam fabula, si in universam spectas, bene se habet, tamen cavendum est, ne totam Acusilai esse concedamus. Eliminatis iis scholii partibus quæ quidem ad vulgarem pertinent fabulam quibusque Acusilai testimonium servatum esse veri non est simile, hoc tantum restat, Erechtheum Oreithyiam filiam exornatam quondam in Acropolin misisse, ut Minervæ Poliadi sacrificaret. Cum huius fabulæ partis unus Acusilaus testis exhibeatur, eam ab auctore nostro fictam esse arbitror. At hac fabulæ forma scriptor dissensit a tritissima illa, quæ Erechtheum regem in ipsa arce sedem obtinuisse narrabat. Itaque quærendum est, quænam fuerit gravis illa causa fabulæ mutandæ. Optime Welcker[116]) Oreithyiæ nomen explicari suspicatus est. Hæc sententia, quæ ipsa se offert et magnopere Acusilaum significat eiusque naturæ rationi consilio maxime consentanea est, confirmatur Etymologico M. s. v. *Ὠρείθυια: παρὰ τὴν ὄρει δοτικὴν καὶ τὸ θύω τὸ ὁρμῶ* (Acusilao *θύω* erat immolo, sacrifico), *γίνεται ὠρείθυια, κατ᾽ ἔκτασιν τοῦ ο εἰς ω.*[117])

Oreithyiæ a Borea raptæ et Zetæ Calaisque ab Acusilao mentionem esse factam iure concludemus, immo hanc genealogiam fortasse ansam præbuisse dicemus illius fabulæ enarrandæ (cf. frg. 30).

---

116) A. D. III p. 147, 9. — Cf. ibid. p. 154 ss.; Rapp ap. Rosch. s. Boreas p. 812 s.; Wörner ap. Rosch. s. v. Or. 951.

117) Eiusmodi etymologiæ iam antiquissimis temporibus usitatæ erant; cf. ex. gr. Hom. *τ* 406 ss. Hes. Th. 144 s. 207 ss. 281 ss.; Aesch. Ag. 687 ss. Prom. 85 s. 850. — Neque certe fortuito formam in *θυα* exeuntem (cf. CIG IV 8277) nobis traditam esse putaverim, quippe quæ nobis indicet, Oreithyiæ nomen, quod Acusilaus tradiderat, a posteris ita explanatum esse.

Haud inepte Wörner (ap. Rosch. s. v. Oreithyia p. 952 s.) ad duo vasa picta sæculi V a. Chr. n. ineuntis animum nostrum advertit. quibus Acusilai narratio illustretur; sunt vas Monacense [118]) et vas Berolinense,[119]) quorum in utroque Erechtheus Cecrops alii actionis locum arcem Athenarum dilucide significant.

In Atticorum regum genealogia certe fabula narrata vel leviter tacta erat. Cf. frg. 30.

Frg. 39 (26) = *schol. Homer. Y 307 AB²:*

Ἀφροδίτη, χρησμοῦ ἐκπεσόντος (*ἐμπεσόντος* B) *ὅτι τῆς τῶν Πριαμιδῶν ἀρχῆς καταλυθείσης οἱ ἀπ' Ἀγχίσου Τρώων βασιλεύσουσιν, Ἀγχίσῃ ἤδη* (*Ἀφροδίτη* B) *παρηκμακότι συνῆλθεν· τεκοῦσα δ' Αἰνείαν, καὶ βουλομένη πρόφασιν κατασκευάσαι τῆς τῶν Πριαμιδῶν καταλύσεως, Ἀλεξάνδρῳ πόθον Ἑλένης ἐνέβαλε* (*συνέβαλε* B). *καὶ μετὰ τὴν ἁρπαγὴν τῷ μὲν δοκεῖν συνεμάχει τοῖς Τρωσί, ταῖς δὲ ἀληθείαις παρηγόρει τὴν ἧτταν αὐτῶν, ἵνα μὴ παντελῶς ἀπελπίσαντες* (om. B²) *ἀποδῶσι τὴν Ἑλένην. ἡ ἱστορία παρὰ Ἀκουσιλάῳ.*

8. *ἡ ἱστορία π. Ἀ.*| codd. *ἱστορεῖ Ἀ.* falso Mueller. Cf. ad frg. 37.

Locum in universum modo veloci oculo si percurrimus, unamquamque rem causa allata explicari videmus; quod Acusilao, qui mythos scriptoris pragmatici more tractare instituebat, proprium fuisse iterum meminerimus.

Sed singula perlustremus. Aeneam Anchisæ Venerisque filium esse ex fabulis erat notissimis pervulgatisque.[120]) Plane aliter res se habet in causa afferenda, cur cum Anchisa Venus concubuerit Sane causa ab hoc vel illo auctore profertur[121])

---

[118]) O. Jahn, Vasens. 376; cf. Baum. Denkm. I p. 352.

[119]) Furtwängler 2165.

[120]) Hom. *B* 820. *E* 247 s. 311 ss. *Y* 208 s.; hymn. Hom. IV (in Ven.); Hes. Th. 1008 ss. etc.

[121]) Quem amorem hymn. Hom. in Venerem pœnam fuisse dicit ab Iove missam, quod dea deos deasque amore in mortales exardescentes curavisset. Apollod. III 141 deam cum viro coiisse narrat **δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν.** Itidem Hyg. p. 88, 17. 145, 13 s. Schm. (Comp. myth.!).

et oraculum imperiumque in Troianos futurum etiam alibi invenimus.[122]) Nempe igitur narraverant hanc versionem scriptores, sed narratione primus Acusilaus ita usus esse videtur, ut eam causam redderet concumbendi. At hercle minime miraberis eum oraculi et concubinatus fabulas coniunxisse (cf. frg. 26). Illud quoque *ἤδη παρηκμακότι* rationalismi, quem dicimus, signum est ideoque Acusilaum olet.

Venerem Alexandro Helenæ desiderium fecisse et eum in Græciam ad amatam rapiendam profectum esse iam apud Homerum[123]) et in Cypriis deprehendimus. Hæc vero causa, quare dea hoc effecerit, nusquam nisi hoc loco nobis occurrit, immo est directissime ex narratione præcedente derivata. Itaque etiam hæc ad Acusilaum referantur necesse est. Respuisse igitur videtur noster fabulam illam vulgarem, quæ Helenæ raptum cum Alexandri iudicio conjungebat (ita iam Cypria).

Ex vocabulo *ἁρπαγή* non licet concludere, Helenam non sua sponte, sed coactam Alexandrum secutam esse.

Cum vero auctor tota hac narratione fabulæ antiquitus traditæ repugnaret, quæ Venerem ante Troiam ex Troianorum partibus stare fecerat, apposuit, quod ultimo in scholio legimus. Quæ igitur cum ex antecedentibus sequantur necesse sit, cum præterea hanc rationem causarum rebus adponendarum atque discrepantiarum enodandarum Acusilao maxime propriam aliunde cognitam habeamus, cum insuper apud alium non legantur, cum denique (ad id quod invenimus confirmandum subscriptione uti licebit) Acusilai nomen scholio subscriptum sit, facere non possum quin etiam fragmenti finem inde a *καὶ μετὰ* auctori nostro adscribam. Nimirum scriptor, cum rationi omnia tribueret, fabulam quæ Helenæ simulacrum Troiam

---

122) Hom. *Ε* 311 ss. *Υ* 302 ss. (cum versibus 307 et 308 cf. hymn. Hom. IV 196 s.). Aeneam in Troianos (in patria) regnaturum esse Arctini quoque Iliu Persidis auctoris narratio erat, Dion. Hal. I 53; Tzetzes Lyc. 970. — Quæ tamen fabula non omnibus communis fuit logographis: Hellanicus ex. gr. Aeneam navibus in Italiam vectum esse exposuerat (frg. 53 FHG I 52).

123) *Γ* 174. *δ* 261. Cf. *Γ* 421.

venisse narraret, refutavit: *ἵνα μὴ ... ἀποδῶσι τὴν Ἑλένην.* Acusilaus si causas attulit, etiam rerum ipsarum mentionem fecit. Totum igitur scholium ei attribuere non dubito.

Fabulam ideo noster ita proposuit, quod logice et scriptoris pragmatici more fabulas tractare, id erat „historiam“ scribere, belli Troici causas explicare in animo erat.

Quare ad Troicorum regum stemma fragmentum referemus.

Frg. 40 (30) = *schol. Hom. ϱ 207 Vulg.:*

Ἴθακος καὶ Νήριτος ἠδὲ Πολύκτωρ] Πτερελάου παῖδες Ἴθακος καὶ Νήριτος ἀπὸ Διὸς ἔχοντες τὸ γένος ᾤκουν τὴν Κεφαλληνίαν. ἀρέσαν δὲ αὐτοῖς τοῦτο καταλιπόντες τὰ σφέτερα ἤθη παραγίνονται εἰς τὴν Ἰθάκην. καὶ τόπον ἰδόντες εὖ πεποιημένον εἰς συνοικισμὸν διὰ τὸ τῶν παρατεθειμένων ὑψηλότερον εἶναι κατοικήσαντες δεῦρο τὴν Ἰθάκην ἔκτισαν. καὶ ἐκ μὲν τοῦ Ἰθάκου ἡ νῆσος ἐπωνομάσθη Ἰθάκη, τὸ δὲ παρακείμενον ὄρος ἐκ τοῦ Νηρίτου Νήριτον. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀκουσιλάῳ.

1. *Πτερελάου*] Barnes. et Eust. p. 1815, 50 *Περελάου* V.
6. *εἶναι*] Buttm. pro *εἶναι καί.*
7. *ἡ νῆσος*] *ἡ πόλις* Spohn. Schol. B Q: *οὗτοι Πτερελάου παῖδες καὶ Ἀμφιμέδης. καὶ ἀπὸ μὲν Ἰθάκου Ἰθάκη, ἀπὸ δὲ Νηρίτου Νήριτον ὄρος, ἀπὸ δὲ Πολύκτορος Πολυκτόριον τόπος ἐν τῇ Ἰθάκῃ.* Cf. locum simillimum Eust. Hom. Od. p. 1815, 49: *ὧν ἐξ Ἰθάκου μὲν ἡ Ἰθάκη, ἀπὸ δὲ Νηρίτου Νήριτον ὄρος ἐκεῖ, ἀπὸ δὲ Πολύκτορος τόπος αὐτόθι Πολυκτόριον.*

Cogitari potest, Eustathium pleniorem scholii formam nobis servasse. Nam si revera Acusilaus Homeri locum spectavit, haud dubie etiam Polyctorem loci alicuius reddidit eponymum.

In scholio quid sit Acusilai difficillimum est dictu. Genealogiæ Acusilai quid inesse veri est simile. Insula expressis verbis ab Ithaco nominata itidemque mons a Nerito appellatus auctorem nostrum olent.[124]) Sane iam Homerus sine

[124]) Cf. frgg. 13 14 17 23 38.

dubio Ithacum insulæ heroem eponymum, Neritum montis, Polyctorem loci cuiusdam habuit; sed Acusilaus primus expressis verbis hæc exhibuisse videtur; quare huius rei testis nobis servatus est. Quomodo res se habeat in dictis illis ad rem geographicam pertinentibus, diiudicatio plane certa non datur. Quamquam enim „logographorum“ fuit, in historiis conscribendis multum operæ rebus geographicis navare, tamen grammaticos quoque in commentariis componendis idem fecisse haud ignoramus.[125]) Quare Acusilaone attribuenda sint illa an grammatico alicui nescio. Hoc potissimum Acusilai esse contenderim, Cephallenia Pterelai filios Ithacam venisse ibique et insulæ et monti (et loco cuidam) nomina dedisse. Cetera postea addita videntur a grammatico aliquo verboso.

Cuius *συνοικισμοῦ* in gente aliqua quæ Ulixe proavo gloriabatur, fortassis mentio facta est (cf. quod paulo infra de schol. Thuc. A 51, 4, 4 disseram).

Fragmenta falso adscripta.

Probus in Verg. Buc. II 48 (frg. 21a Muell.):

Narcissus flos Eu zimades refert a Narcisso Amarynthi, qui fuit Eretrieus ex insula Eubœa. Interemptus enim ab Euppo ex cruore flores, qui nomen eius acceperunt, procreavit. A pictore Narcissi floribus Erinyas, id est Furias, primas esse coronatas aiunt.

1. Eu zimads Vaticanus (V) Euriniades Parisinus (P) Acusilaus coniec. Egnatius Venetus (1520) (E).
Amarynthi] Mueller FHG Amaranthi VE om. P.
Eretrieus] Schneidew. Eretriensis Muell. (nisus Strab. p. 404) Erictheus VP Erechtheis E.
Stiehle, Philol. VIII p. 610 conferri iubet Liv. XXXV 38: „Sacrum anniversarium eo forte tempore Eretriæ, Amarynthidis, Dianæ erat“ coll. Steph. B. s. v. *Ἀμάρυνθος, νῆσος Εὐβοίας, ἀπό τινος κυνηγοῦ τῆς Ἀρτέμιδος Ἀμαρύνθου.*

3. Epope E Muell. FHG unde Epopeo Schneidew. (Ellope suspicatur Keil nisus Strab. X p. 445).

---

125) Cf. Schwartz l. l. p. 443.

Initium loci corruptissimum est. Homines docti de eius medela plane inter se dissentiunt.[126]) Notandum esse mihi videtur, duorum codicum (V et P) scripturas quamvis sint corruptæ tamen similitudinis vinculis inter se esse conjunctas: Eu zimads: Euriniades. Egnatius cum plane abhorreat, non dubito quin eius emendandi studio[127]) tribuam coniecturam „Acusilaus.“ Solum leviter locum si quis inspiciebat, Acusilai quid inesse sententiæ videri poterat, quippe cum sanguinis guttæ, e quibus aliquid nasceretur, scriptori ignotæ non erant (cf. frgg. 10 13).

Iam vero — et hoc momentum affert — in litterarum monumentis Alexandrinorum demum temporum Narcissi fabula reperitur.[128])

Quibus de causis fragmentum non pro genuino habeo.

Neque excidit mihi

Schol. Thuc. A 51, 4, 4[129]):

᾿Ανδοκίδης] ὁ εἷς τῶν δέκα ῥητόρων, ὥς φησιν ᾿Ακουσίλαος.

Quod scholium ad nostrum Acusilaum pertinere nequit, nisi forte dicas lacunose locum traditum esse, ita enim, ut Acusilai sententia, Andocidis nempe genealogia, exciderit et

---

126) Nonnulli Egnatii lectionem acceperunt, ex. gr. Mueller FHG, alii ut Greve ap. Rosch. s. v. Nark. 14 dubitationes verbis extulerunt; Walz ap. Pauly[1] s. v. hanc fabulæ versionem omnino non affert. Wieseler (Narkissos, eine kunstmythol. Abhandl. nebst einem Anhang über die Narcissen u. ihre Bezieh. im Leben, Mythos u. Cultus d. Griech., Gott. 1856) p. 6 codicum C et F lectionem accepit et scripsit Asklepiades (?), Hermann „Asclepiades“, Rohde, Griech. Rom. p. 112, 2 P secutus „Euriniades“, H. Keil „Simonides“, Schneidewin (Rh. M. IV p. 143 s.) „Euanthes“.

127) Cf. Keil in Probi edit. p. VIII.

128) Cf. Wieseler l. c. p. 1; Greve l. l.

129) Thucydidis locus hic est: *τοῖς Κερκυραίοις δὲ στρατοπεδευομένοις ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ αἱ εἴκοσι νῆες [αἱ] ὑπὸ τῶν ᾿Αθηνῶν, αὗται, ὧν ἦρχε Γλαύκων τε ὁ Λεάγρου καὶ ᾿Ανδοκίδης ὁ Λεωγόρου, διὰ τῶν νεκρῶν καὶ ναυαγίων προσκομισθεῖσαι, κατέπλεον ἐς τὸ στρατόπεδον, οὐ πολλῷ ὕστερον ἢ ὤφθησαν.*

solum illud *ὥς φησιν Ἀκ.* servatum sit (cf. adnot. 130 et Acusilai frg. 40) vel Acusilai nomen cum Hellanico confusum est quem rhetoris stemma præbuisse constat.[130]) Quare necesse non est, scholion ad illum referamus Acusilaum, de quo Suidas hæc memoriæ tradidit:

Ἀκουσίλαος. Ἀθηναῖος ὤν. Ἀγαθοκλείας. οὗτος ἠράσθη λόγων ἐν Ἀθήναις, καὶ ἐλθὼν εἰς Ῥώμην ἐπὶ Γάλβα διέτριψεν ἐν λόγοις ῥητορικοῖς. καὶ χρηματισάμενος ἐν τῷ τελευτᾶν κατέλιπεν Ἀθηναίοις δέκα μυριάδας ἐκ τόκων.

CAPUT II.

De fragmentorum fide.

Acusilaum „antiquorum" fuisse, fere omnes sive expressis sive obscuris verbis testantur veteres, qui quidem de auctoris tempore verba faciunt.

Huc referendi sunt in primis illi scriptorum loci, qui accuratius eius ætatem tractant, cf. cap. IV. Præterea hæc monenda sunt: Septem adnumeratur sapientibus (v. cap. IV); (*Ἀκουσιλάῳ τῷ ἀρχαίῳ ἱστοριογράφῳ* frg. 36); *ἱστορικὸς πρεσβύτατος*, Suid. s. v. *Ἀκουσίλαος*; sæpe cum aliis antiquiorum temporum auctoribus componitur: ut de Hesiodo taceam (v. cap. III), afferam frgg. 1^2 3 4 5 9 12 13 14 15 (18) 19 28 (31) 34 35 (36); cf. præterea Clem. Al. Strom. VI p. 752 P 278 S, Ioseph. c. Ap. I 3; Menand. *περὶ ἐπιδεικτ.* Rhett. Gr. IX p. 144 Walz c. VI; Cic. de orat. II 12; satis habeam monuisse, Platonem (frg. 1^1 16) et Eudemum Aristotelicum (frg. 1^3) ex Acusilai opere hausisse.

---

[130]) Hell. frg. 78: Suidas: *Ἀνδοκίδης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ τῶν πρωτευόντων δέκα εἷς, υἱὸς Λεωγόρου, ἀπόγονος Τηλεμάχου, τοῦ Ὀδυσσέως, καὶ Ναυσικάας, ὥς φησιν Ἑλλάνικος.* etc.

Sed in „antiquum“ qualem deprehendimus minime quadrant quæ Suidas de Acusilao memoriæ tradidit. Omnino nemo quæ manibus tenemus fragmenta operis Acusilao subditi esse in animum induxisset, nisi Suidas (Porphyrius, Rhode Rh. M. XXXIII p. 171, 1) suspicionem movisset hisce verbis:

s. v. *Ἑκαταῖος, Ἡγησάνδρου, Μιλήσιος, γέγονε κατὰ τοὺς Δαρείου χρόνους τοῦ μετὰ Καμβύσην βασιλεύσαντος, ὅτε καὶ Διονύσιος ἦν ὁ Μιλήσιος, ἐπὶ τῆς ξε' Ὀλυμπιάδος, ἱστοριογράφος. Ἡρόδοτος δὲ ὁ Ἁλικαρνασεὺς ὠφέληται τούτου νεώτερος ὤν. καὶ ἦν ἀκουστὴς Πρωταγόρου ὁ Ἑκαταῖος. πρῶτος δὲ ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνεγκε· συγγραφὴν δὲ Φερεκύδης. τὰ γὰρ Ἀκουσιλάου*[131]) *νοθεύεται.*

Id. s. v. *Συγγραφεῖς .... Ὅτι Ἑκαταῖος πρῶτος ἱστορίαν κτλ.*

Id. s. v. *Ἱστορῆσαι* ... eadem glossa olim adhærebat: *Ὁ Ἑκαταῖος πρῶτος ἱστορίαν κτλ.*

Id. s. v. *Ἀκουσίλαος. Κάβα υἱός, Ἀργεῖος, ἀπὸ Κερκάδος πόλεως οὔσης Αὐλίδος πλησίον, ἱστορικὸς πρεσβύτατος. ἔγραψε δὲ Γενεαλογίας ἐκ δέλτων χαλκῶν, ἃς λόγος εὑρεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ ὀρύξαντά τινα τόπον τῆς οἰκίας αὐτοῦ*[132]).

Non audeo Pausaniæ enuntiatum (Acus. frg. 23 l. 4 ss.) ita interpretari, ut Suidæ testimonium confirmetur, quippe cum periegeta non Acusilaum genealogiæ auctorem improbet, immo propter argumentum stemma, Acusilai licet sive alterius, refutet. Deinde neque Dionysii Hal. *π. Θουκ.* capite 23[133]) amplius proficimus neque Tatiani locus[134]) nos adiuvat.

---

[131]) In omnibus his Suidæ locis antiquiores editiones exhibent *Ἀγησιλάου*, quod in *Ἀκουσιλάου* mutandum esse primus vidit Voss, De histor. Græc. l c. 1 p. 13, 31; quam conjecturam verissimam esse iudico.

[132]) Cf. quæ de Pherecyde exposuit idem Suidas s. v. *Φερεκύδης*.

[133]) *οὔτε γὰρ διασῴζονται τῶν πλειόνων αἱ γραφαὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, οὔθ' αἱ διασῳζόμεναι παρὰ πᾶσιν ὡς ἐκείνων οὖσαι τῶν ἀνδρῶν πιστεύονται· ἐν αἷς εἰσιν αἵ τε Κάδμου τοῦ Μιλησίου καὶ Ἀρισταίου τοῦ Προκοννησίου καὶ τῶν παραπλησίων τούτοις.*

[134]) Orat. contra Græc. c. 24: *ἐῤῥέτω καὶ τὰ Ἀκουσιλάου* (*Ἡγησιλάου* codd.) *μυθολογήματα .... παραχωροῦμεν ὑμῖν τὰ μὴ ὠφέλιμα.*

Suidæ glossas modo allatas discindere meo quidem iudicio non licet; nimirum enim tabularum aenearum fabula præfationem ornavit operis a posteriore quodam Daretis Dictyisque more ficti. Si vero quis id premere velit, Acusilaum ipsum illam tabularum fabulam in librorum suorum præfatione narrasse[135]) et inde suspicionem posterorum ortam esse, ei obvertendum est, hoc vel ideo fieri non potuisse quod eiusmodi historiunculæ non ante IV/III a. Chr. n. sæculum deprehenderentur (Euhemerus!),[136]) immo scriptores demum historiarum amorum fabellas contiuentium iis uti solerent. Videas quæso quam aliter, magna scilicet conscientia et, ut ita dicam, admiratione sui Hecatæus Acusilai fere æqualis opus suum incipiat (frg. 332): *Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται· τάδε γράφω, ὥς μοι ἀληθέα δοκέει εἶναι· οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοί τε καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται, εἰσίν.* Hoc initium fortassis Acusilai quoque operis fuit: *Ἀκουσίλεως* (cf. frg. 1[1]) *Ἀργεῖος* (cf. p. 64 s.) *ὧδε μυθεῖται.*

Itaque ex veteris illius Acusilai præfatione hanc fabulam ortam esse non est cur suspicemur. Opus fabricare quale fragmenta nobis servata indicent, omnino posterorum nihil interesse poterat: quod ipsum fragmentorum auctoritatem atque fidem probare mihi videtur. Nomina tantum veterum in usum convertebant recentiores.

Sane auctorem quendam Acusilai persona induta fabulosa conscripsisse libere concedam; de scripto auctori nostro subdito agi ipsa illa tabularum aenearum fabula comprobare videtur (cf. Diels, Vorsokr. p. 510, 27). Huiusmodi subjectiones usitatissimas fuisse inter omnes constat neque talium historiuncularum imperiti erant falsarii.

In quæstione, num fragmenta nobis servata omnia vel nonnulla eorum vero abroganda sint Acusilao, valde dissen-

---

135) Cf. Welcker, Der ep. Kykl. p. 161, 217.

136) Non ante secundum, dixit Rohde, Der griech. Rom. p. 272, 2 contra Hercherum, Jb. f. Philol. Suppl. I p. 278 adnot., qui tabularum inventarum fabulam non ante primum p. Chr. n. sæculum deprehendi putaverat.

tiunt homines docti, quorum alii pro Acusilao, contra dixerunt alii.[137]) Fortiter ac strenuo et, ut mihi quidem videtur, optimo iure fidem fragmentorum pronuntiavit Lipsius.[138]) Genuinum Acusilai opus præter alios etiam vir artis criticæ peritissimus iudicavisse videtur frg. 12; etiam Hermippus (FHG III 37 frg. 8), qui item inter viros doctrina præstantes ætatis Alexandrinæ numeratur, de Acusilao haud spernendum tulit iudicium, septem sapientibus eum adnumerans. Omnino nihil reperitur quod iustam moveat dubitationem, immo contra — ne repetam scriptoris recentioris tale opus subdere nihil interfuisse — fragmenta signa mythographis Herodotum antecedentibus propria præ se ferunt (vide cap. IV), nonnulla ex antiquis manarunt auctoribus (Platone, Eudemo Aristotelico), præterea, quod ad argumentum, pars eorum et ea non parva magni nobis est pretii, cum interdum fabularum formas aliunde non notas vel stemmata prisca exhibeant. Deinde, nonne summa necessitudo, quam inter Hesiodum et Acusilaum intercessisse videbimus, id dico, quod diligenter illum noster secutus est, etiam auctorem indicat ad poetam propius accedentem? Denique id ipsum quod Acusilaus „Argivus" traditus est et fragmenta auctorem Argivis faventem detegunt, fragmentorum fidem augent.

Altera igitur ex parte Acusilao olim opus suppositum fuisse veri est simile, altera vero ne vestigium quidem falsa-

---

137) Solvere non audet quæstionem Westermann ap. Pauly[1] s. v. Akusilaos; Welcker (l. l.) Acusilai genealogias spurias habendas esse contendit, Mueller (FHG p. XXXVIII) opus Acusilao Alexandrinorum temporibus subditum manibus nos tenere dicit, Gutschmidio (in Flachii Hesych. Onomat. p. 7) scriptum „fraus Platone antiquior" est; etiam Hercher (l. l.) fragmenta falsa esse dicit; Susemihl (Alex. Littg. II 30, 7[d]) attribuit „die gefälschten oder verfälschten Genealogien" primo p. Chr. n. sæculo. Ut de Sittlii ineptiis taceam, satis habebo commemorasse C. Frickium, cuius ex mente frg. 1 (Damascii locus et schol. Theocr. arg. id. XIII) ad falsationem Neoplatonicam pertinet, cetera vero genuina sunt (Beiträge z. griech. Littg. u. Chron. p. 3 ss., qui tamen liber mihi præsto non erat).

138) Quæst. logogr., progr. Lips. 1886 p. 9 ss. Hominum doctorum, qui Lipsium secuti sunt, unum laudem Schwartzium ap. Pauly-Wiss. s. v. Akusilaus.

rii in fragmentis invenitur Quam discrepantiam non ita solvi posse mihi confitendum est, ut ultra omnem dubitationem res sit.

Liber ille suppositus, si revera exstitit, sine dubio historiunculas fabulosas, quales delectandi causa posterioribus temporibus componebantur, continuit. Iam nonne hercle facillime fieri potuit, ut scriptum, cuius ex fabulis delectationem homines quærerent, eandem sortem subiisse atque hodierni eiusdem generis libri, sortem dico celeriter intereundi? Titulum obtendes. At necesse non est, etiam operi subdito *Γενεαλογίαι* titulum fuisse, quippe cum Suidas, ut in cetera sua de Acusilao glossa conglutinavit (cf. infra), ita hac quoque in re parum ingeniose consuisse videtur tabularum aenearum fabulam cum genealogiarum titulo in nonnullis fragmentis invento.

Fortasse vero aliquis cum Hesiodum atque Acusilaum inter se compararet, causam allaturus cur noster interdum a poeta discesserit, hanc fabulam finxit.

Coniciat denique quis (neque a me plane abhorret hæc sententia), librum falsum omnino non exstitisse, sed grammaticum quendam genuino Acusilai operi restituto (vel quidem fragmentis eius compositis) tabularum fabulam anteposuisse, quæ fabula commovisset fontem Suidæ, ut de opere subdito cogitaret. At nihil proficit somnia fingere.

Librum subditum exstitisse posito ac concesso quæramus quo tempore hoc factum sit. Diiudicatio satis certa non datur. Nil nisi terminum post quem statuere licet, exitum scilicet quarti a. Chr. n. sæculum, cum tum demum tales historiunculæ inventæ sint.

Hadriano imperatore Sabinus scholia Acusilai operi adscripsit: Suid. s. v. *Σαβῖνος, σοφιστής, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος. ἔγραψεν Εἰσαγωγὴν καὶ ὑποθέσεις μελετητικῆς ὕλης, εἰς βιβλία δ'. Εἰς Θουκυδίδην καὶ Ἀκουσίλαον*[139]) *καὶ ἄλλους ὑπομνήματα· καὶ ἕτερά τινα ἐξηγητικά.*

139) Bernhardy adnotat in edit. Suid.: „Mirationem facit obsoleti scriptoris memoria; quamquam nemo paulo prudentior imitetur Sturzium, qui de Argivo mythographo cogitaverit. Sed si locus est integer, Sabinus illustravit libellos nescio quos Acusilai rhetoris". At Acusilaus ipsa conjunctione qua cum Hesiodo connexus erat, minime fuit obsoletus. Deinde monendum est, et Thucydidem et Acusilaum „historiam" (!) scripsisse.

Verone an falso libro commentaria addidit Sabinus? Facillimum est discernere. Nempe sophista non libellum, qui lectores oblectaret ideoque difficultates non præberet, explicavit, sed potius scriptum priscum antiquumque, argumento igitur et fortasse etiam forma scrupulosum atque difficile intellectu.

Suidæ non nimis esse confidendum supra monui. Quod iis quæ iamiam expositurus sum, magis illustrabitur. De Acusilai enim patria pauca iam addam.

Omnes auctores qui Acusilai patriam produnt, uno ore *Ἀργεῖον* eum dicunt.[140]) Suidas demum pleniora nobis proponit; eius verba sunt hæcce: *Κάβα υἱός, Ἀργεῖος, ἀπὸ Κερκάδος* (*Κελκαίας* pro *Κερκαίας* Villoison. Anecd. T. II p. 163 extr.; quod commendat Unger, Thebana Paradoxa p. 301 ss) *πόλεως οὔσης Αὐλίδος πλησίον*. Nisi Suidæ glossa nobis præsto esset, statim de Argis illis *κατ' ἐξοχήν*, Argolidis dico, cogitaremus, eo magis quod Acusilaus Argivorum rebus in primis faverit (cf. cap. III p. 80 s. IV 91 s.).[141]) Lexicographi testimonio capti multi homines docti Argos ad Aulin, Bœotiæ urbem, situm intellexerunt.[142])

Primum quomodo Suidæ locus sit intellegendus, deinde quænam fides ei danda sit inquiramus.

Illam quæstionem verbose tractavit Unger (l. c.) et Bœotiam quoque Argos oppidum habuisse contendit (quod certe per se iure cogitari potest, quippe cuius nominis urbes ex. gr. apud Stephanum B. undecim enumerentur). Sed ne unum quidem argumentum protulit quo plane stricteque conjecturam suam confirmaret. Illi enim loci, in quibus quasi in fundamento ædificavit vir doctus quique revera Suidæ testimonio fidem addere idonei fuissent, corrupti et ab Ungero

---

140) Dion. Hal. *περὶ Θουκ.* c. 5 p. 818; Strabo X 3, 21 (Ac. frg. 15); Ioseph. c. Ap. I 2 § 6 (Euseb. præp. ev. X 7, 9); Diog. Laert. I § 41; Clem. Alex. Strom. I p. 129 S 350 P, (Suid s. v. *Ἀκουσίλαος*).

141) Cf. Busolt, Gr. Gesch. I² p. 149, 3.

142) Unger, l. l. p. 301 ss.; C. O. Mueller, Gr. Littg. p. 436, 9; FHG I p. XXXVI s.; Christ, Gr. Littg.³ p. 323; Wœrner ap. Rosch. s. Ogygos p. 687, etc. Gutschm. kl. Schr. IV 391. — Contra dixit Lipsius l. c.

hunc in usum præparati sunt.[143]) Stephani B. locus, ut exemplum afferam, non minus in Argos præclarissimum illud Peloponnesi quadrat quam in Bœoticum quoddam.

Num *Κερκάδος* (etiam *Κελκάς* legitur) cum *Κελκαία* Dianæ Atheniensis cognomine[144]) cohæreat necne, discernere non audeam. Neque quidquam ad quæstionem nostram refert; nam si quis hoc vocabulo accuratius Argos signari coniciat, Argos scilicet Celcææ (Dianæ), iure ei obvertendum est, *τῆς* articulum nos exspectaturos fuisse. Vocem igitur, sive *Κερκάδος* scribas sive *Κελκάδος*, oppidi nomen esse non facere possumus quin accipiamus. Oppidum vero *Κερκάς* appellatum utique non est Argos.

Sittl,[145]) qui ceteroquin inepte de Acusilao disseruit, hac in re rectam nos monstrare viam iudico; sic enim disputavit: „In der Vorrede des Werkes (quod falsario tribuendum esse Sittl opinatur) teilte der Fälscher das mit, was Suidas als Biographie gibt: Des Akusilaus Vater, der Argiver Kabas, fand zu Kerkas bei Aulis eherne Tafeln in der Erde ....“ et adnotavit: „so entstand, denke ich, die Notiz des Suidas: *Κάβα υἱός, Ἀργεῖος κτλ.*“ Nonne revera memoratu est dignissimum, in eadem Suidæ glossa et de singulis, quæ ad patriam, agi et statim subsequi tabularum aenearum fabulam? Non minima igitur causa me impellit, ut illud quoque falsario attribuam. Huius enim sine dubio multum interfuit narrare, etiam Acusilaum ex Bœotia originem duxisse, ut necessitu-

---

143) Strab. IX 2, 12 p. 404; Hesych. s. v. *Ἀργοβίαντον*. — Cf. Lips. l. l. Cramer ad Strabonis l. c.: „. . . . quid Strabo scripserit, incertissimum est“. „Omnes coniecturæ ad resarciendum hunc locum propositæ incertissimæ sunt ac parum felices“.

144) Cf. Arr. An. VII 19, 2: *καὶ τὰς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας τὰς χαλκᾶς οὕτω λέγεται ἀπενεχθῆναι ὀπίσω ἐς Ἀθήνας καὶ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Κελκαίας τὸ ἕδος* (*Κελκαίας AB.* Ceteri cum Bas. *Κερκαίας*. *Κελεᾶς* V. Cf. Wernicke ap. Pauly-Wiss. s. v. Artemis p. 1389).

145) Gr. Littg. I p. 346/7. Similiter iam Lipsius l. c. p. 12: „Quod si quis fabellas istas proœmio cuidam genealogiarum libris ad augendam eorum fidem præmisso insertas indidemque etiam de auctore eorum dubitationem natam esse coniecerit, ego non impediam“.

dinem, qua cum Hesiodo Bœotio noster coniunctus erat, explicaret. Quo accuratius ac verbosius scriptoris patriam proferebat, eo dignior fide esse sibi videbatur. Itaque manifestum est, Suidam vel eius fontem hic duo dicta contaminasse: falsarii fabulam de Acusilai patria fictam et antiquitus illud traditum Ἀργεῖος.[140]) Quamobrem lexicographus quoque vocabulo Ἀργεῖος fixa forma in litterarum monumentis antiquitus servato et ex ipso Acusilai opere fortasse deprompto (Ἀκουσίλεως Ἀργεῖος ὧδε μυθεῖται, cf. p. 61) usus est neque, quod magis arrisisset, dixit ἀπ' Ἄργους τῆς Κερκάδος vel simile quid. Res tam manifesta est, ut Acusilaum Argos Peloponnesi patriam nominasse non dubitem pronuntiare, præsertim cum ex fragmentis pateat, eum Argivorum rebus (nempe Argi Peloponnesiaci) inprimis favisse.

Quæ cum ita sint haud secus rem se habere suspicor in patris nomine allato: Diog. Laert. I 41: ... ἔνιοι προστιθέασιν Ἀκουσίλαον Κάβα ἢ Σκάβρα Ἀργεῖον. Suid. s. v. Ἀκουσίλαος: Κάβα υἱός, Ἀργεῖος ... Necessario concludendum est, aut Suidam (i. e. eius fontem) ex Diogene hausisse aut eundem fontem iis subesse propter locorum similitudinem.

Iam Welcker Cabam patrem a seriore quodam fictum esse suspicatus erat, qui cum novum opus sub Acusilai nomine ederet, exquisito hoc patris nomine auctori suo auctoritatem addere voluisset. Quo cum viro docto ut faciam adducor eo quod apud Laertium Diogenem demum nomen nobis occurrit et Suidas hac in glossa minima fide dignus est. Neque dissentio ab Herchero, qui totum Suidæ locum grammatici cuiusdam esse et eam ob rem nimis diligenter de Cabæ et Cercadis inquirere nominibus inutile esse censuit.

Iam Suidæ glossa plane enodata eiusque vel fontis machinationibus satis dilucide detectis vides, vix recte Muellerum (FHG I p. XXXVII) iudicasse. Exposuit enim, cum meram id fictionem esse ab omni sensu destitutam a more anti-

quitatis abhorreret, patris nomen Apollinis cognomen habendum et Acusilaum ex familia ortum esse, cui sacerdotium velut hereditate obvenisset.

CAPUT III.

Hesiodus et Acusilaus.

Acusilaum cum Hesiodo[146]) quodammodo conjunctum esse et ex fragmentis dilucide apparet et expressis verbis traditum est. Huc pertinent:

Clem. Alex. Strom. VI p. 752 P: *τὰ δὲ Ἡσιόδου μετήλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον καὶ ὡς ἴδια ἐξήνεγκον Εὔμηλός τε καὶ Ἀκουσίλαος οἱ ἱστοριογράφοι.*[147]) Ioseph. c. Ap. I 3: *πλεῖον γοῦν διὰ τῶν βιβλίων ἀλλήλους ἐλέγχουσι, καὶ τὰ ἐναντιώτατα περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν οὐκ ὀκνοῦσι* (scil. Græci). *Περίεργος δ᾽ ἂν εἴην ἐγὼ τοὺς ἐμοῦ μᾶλλον ἐπισταμένους διδάσκων, ὅσα μὲν Ἑλλάνικος Ἀκουσιλάῳ περὶ τῶν γενεαλογιῶν διαπεφώνηκεν, ὅσα δὲ διορθοῦται τὸν Ἡσίοδον Ἀκουσίλαος, ἢ τίνα τρόπον Ἔφορος κτλ.*

Cum quæstio, quæ ratio inter Hesiodum atque Acusilaum intercesserit, cohæreat cum altera illa, quid argumenti auctori nostro sit attribuendum, plerumque primo iam capite de ea disserere coactus eram. Quare nunc de nonnullis tantum fragmentis plura faciam verba, cetera disposuisse ac composuisse

---

146) Acusilaum Hesiodi nomen citavisse non est vestigium neque de una persona nobis cogitare licet; immo „Hesiodus" appellatio quædam collectiva fuit poematum proprie Græcorum cuiusdam generis pariter atque „Homerus" carminum epicorum Asiaticorum. (Cum igitur veteres Acusilaum cum illis carminibus, quæ sub Hesiodi nomine ferebantur, concinentem deprehenderent, eum poetam soluta oratione expressisse dicebant.) Hac condicione Hesiodi nomen nostra in quæstione semper intellegendum est.

147) Locus ex Aristobuli Iudæi **περὶ κλοπῶν** libro, Wilam. Hom. Unters. p. 347. Sed cf. Antonii Elter disputationes in serie programmatum Bonnensium ann. 1894. 1895. 1896.

satis habebo. Sæpius certe num Hesiodum Acusilaus secutus sit necne, propterea enucleatu difficillimum est, quia non omnia poetæ carmina manibus tenemus.

Scriptorum similitudines atque digressus iamiam enucleaturi quattuor in universum fragmentorum classes discernere possumus: 1) Fragmenta quorum cum Hesiodi sententiis concentum probare licet. 2) Fragmenta quorum argumenta ab Hesiodi dictis plane discrepant. 3) Fragmenta in quibus Acusilaus poetam partim sequitur, partim ab eo recedit vel eum dilatat. 4) Fragmenta denique e quibus ratio, quæ inter utrumque intercedit, erui nequit.

I.

A prima classe incipiamus. Hesiodi nomen præbent frgg. 6 8 18 28 29 31 34 35 (36; Bœckhii coniectura eo confirmatur, quod auctorum concentus efficitur). Hesiodi nomen certissime supplere licet frg. 1[4].

II.

Fragmentorum quæ sententias ab Hesiodo plane discrepantes continent, poetam nominatim afferunt frgg. 17 et 22.

Ascræi nomen non exhibent: frg. 4: Hesiodus, ubi de malorum custodibus verba facit, aut Hesperides nominat (Th. 215 s.; Serv. Verg. Aen. IV 484) aut draconem (Th. 333 ss.), numquam vero Harpyias. — Frg. 19: Acusilaus in Argi genealogia ab Hesiodo discessisse videtur. Præterquam enim quod noster solus testis est, Hesiodo alia tribuenda esse vestigia quædam indicant. Argum filium fuisse tradunt:[148]) 1) Agenoris, quod stemma ex Hesiodi Catalogis manasse probat Maass, De Aesch. Suppl. comm., Ind. Gryph. 1890/91 p. 32. 2) Argi Iovis Niobæque filii et Ismenes Asopi filiæ in Aegimio (Hes. frg. 188). Nescio num casu factum sit, ut hæc Cercopis (Hesiodi?) sententia ipsam Acusilai opinionem ante-

[148]) Cf. Wernicke ap. Pauly-Wiss. s. v. Argos No. 19.

cedat. 3) Arestoris (et huius quidem plerumque) et Mycenæ Inachi filiæ in Eœis. Quæ fortasse Acusilao propriæ genealogiæ proponendæ fuerit causa, p. 33 exposui. — Frg. 23. — Frg. 26: Quod non Iupiter ipse, sed taurus Europam aufert, Acusilai naturæ tam consentaneum est et a fabula vulgari tantopere abhorret, ut huic classi fragmentum immisceam. Confirmatur tantum, non discernitur hoc iudicium schol. Hom. *M* 292, in quo quid revera Hesiodi sit quid grammatici „historiam" fabricantis, difficillimum est explicatu (cf. adn. 80). — Frg. 32: Vellus fuit aureum ex Hesiodi (frg. 51) mente.

III.

Ad tertiam classem referenda sunt: Frg. 1: Quamvis noster Platone teste cum poeta congruerit et revera utrumque Chaos rerum primordium habuisse concedendum sit, tamen in Cupidinis parentibus afferendis Acusilaus ab Hesiodo discessit.[149] — Frg. 2: *Τιτανίδων* nomine Hesiodus nondum usus esse videtur. Quare ab Acusilao appositum est: optimum exemplum artæ necessitudinis. — Frg. 5: Scyllæ matrem uterque eandem appellat, in patris vero nomine referendo differunt auctores. Id quod eorum sententiæ simillimæ deprehenduntur, suspicionem mihi movisse confiteor. Quod enim ad matris appellationem, uterque Homero repugnat; præterea *Φόρκυνος* voci non parvam cum *Φόρβαντος* vocabulo similitudinem esse vides. Sed accedit aliud idque multo gravius. Nonne valde mirandum est, nos Phorbantem hoc tantum scholio et Magnarum Eœarum carmini soli Scyllæ patrem attributum reperire, dum Phorcys monstri pater est tritissimus?[150]

---

149) Tamen, si Th. 123 ss. in comparationem vocaveris, concedes, non genealogiam eum præbere quæ ab Hesiodo plane abhorreat.

150) Dionys. (Rh.?) frg. 8 (schol. Hom *μ*. 85) *Φόρκυνος θυγάτηρ καὶ Ἑκάτης;* Apd. ep. 7, 20 *Κραταιίδος ... Τριήνου ἢ Φόρκου;* schol. Plat. Polit. IX p. 419 ed. Bekk. *Κραταίας καὶ Τυρρήνου ἢ Φόρκου;* Eust. Hom. p. 1714, 30 *Φόρκυνος καὶ Ἑκάτης;* Tzetz. Lyc. 45 *θυγατέρα Φόρκυνος;* Serv. Verg. Aen. III 420 Phorci et Creteidos. — Cf. Preller-Rob. l. l. p. 561.

Non sine gravi causa factum esse dico, ut Hesiodus, quem sæpissime posteris fontem fuisse constat, in ipso hoc stemmate plane præteriretur et ignoraretur. Summam præterea si tuearis necessitudinem, qua Acusilaus aliis in fabulis Hesiodum attigerit, et respicias quam facile casu nomen corrumpi potuerit, non sine causa concludes (quamvis alioquin utile non sit genealogias traditas abicere), grammaticum quendam vel scholiastam antiquum nescio quo errore perductum falso Phorbantem patrem appellasse, olim igitur nominum discrepantiam non exstitisse. Quod scholiasta diserte sententias contrarias inter se opposuit, nullius est momenti, quippe cum cognitum non habeamus, quando error in genealogiam irrepserit. — Frg. 7: Acusilaus partim Hesiodum secutus est, partim in Homerum inclinat (v. p. 17 s.). — Frg. 11: Cf. Hes. Th. 270; Eidotheam vero apud poetam non deprehendimus. — Frg. 13: Etiam ex Hesiodi mente aliquid ex Urani cruoris guttis nasci poterat (Th. 183 ss.); eo autem quod Acusilaus Phæaces quoque inde originem duxisse narravit (qui tamen ab Hesiodi Gigantibus non plane alieni fuisse videntur),[151]) poetam dilatavit. Enuntiatum enim quod sequitur Hesiodi exhibet opinionem, quam etiam Acusilai fuisse illud *δὲ* non vetat cogitare in scholio tam misere consuto. Iure igitur pro *οἱ δὲ* poetæ nomen supplebimus, cum sciamus, quam arte auctores inter se cohæreant. — Frg. 20: Patris nomen idem exhibent; de matre differunt. — Frg. 21: Quid illud *τὰ περὶ Δευκ. καὶ Π.* sibi velit, p. 34 exposui. Hæc igitur etiam nostro adscribamus. Primus vero Deucalionem et Pyrrham lapides iactantes viros et mulieres creavisse, (expressis certe verbis) narrasse videtur. — Frg. 24: Enuntiatum, quod Acusilai testimonium antecedit, Hesiodum spectare commendat schol. L Soph. El. 539 (Hes. frg. 99). Nostrum in ceteris cum poeta concinuisse, in Megapenthis vero stemmate ab illo discessisse veri est simillimum. — Frg 25: Acusilaus quamvis, quod ad flu-

[151]) Odysseæ Gigantes Cyclopes Phæaces in unam atque eandem referendos esse classem demonstravit Preller-Rob. l. l. p. 621 ss. Cf. Ilberg ap. Rosch. s. v. Giganten p. 1639.

mina in universum, poetam sequatur (Ac. frg. 7), fluvio ab Hesiodo non commemorato propriam attribuit genealogiam. Vides quam arta atque gravia quibus conjunguntur auctores sint vincula. — Frg. 27: Hesiodus fabulam narraverat et in Magna Eœa, quæ inscripta fuit *Κορωνίς*, et in Catalogis, ubi *Ἀρσινόη* nomen puellæ erat. Apollinem Coronidem amore suo dignam habuisse, eam gravidam fecisse, illam vero Aesculapio nondum nato cum Ischye coiisse, quin Acusilaus quoque narraverit dubium non est. Cum autem causam concubitus exquireret logographus, Pindaricæ fabulæ formam accepisse videtur (cf. p. 39). — Frg. 30: In Boreadum morte describenda noster, cum solus testis laudetur, a poeta discessisse videtur, aliis in rebus cum eo concinuit. — Frg. 38: Regis filiam a patre in Acropolim immolaturam esse missam Acusilao proprium est. — Frg. 39: Etiam hac in fabula Acusilaum artis vinculis cum Hesiodo esse conjunctum, causas vero singulis rebus appositas neminem nisi nostrum auctorem spectare supra exposui (p. 54 ss.). Accedit quod apud poetam, ut quidem videtur,[152]) Helenæ imago, apud Acusilaum ipsa Troiam venit.

IV.

Tum denique de eis fragmentis disserendum est, quæ ansam nobis non præbent ut quæ ratio inter Hesiodum et Acusilaum intercedat, diiudicemus. Sunt autem frgg. 3 9 (de singulis nil certi dici potest) 10 12 14 15 16 33 37 40.

Sed fragmentis ita dispositis quæstionem nondum ad finem perduximus. Immo ad rationem quæ inter auctores intercedit bene cognoscendam necessarium est, nosse causas, cur in singulis fabularum partibus stemmatibusve noster ab Hesiodo discrepuerit. Duæ potissimum res quibus plerumque commotus Acusilaus a poeta discessisse videtur, commemorandæ sunt: Iejunitas quædam mentis, quæ spretis fabulosis omnia ad rationis normam dirigebat, et scriptoris consilium Argivorum

[152]) Hes. frg. 266, quod tamen ad fragmenta *ἀμφισβητήσιμα* refert Rzach; Stesichori esse arbitratur Marckscheffel.

historiis præcipue favendi. Quamquam historicus non semper ipse prosapiam vel fabulam immutavit, tamen ex diversis narratiunculis eam eligere solet, quæ consiliis rationibusque eius maxime sit consentanea atque apta.

At initium faciam ab illis fragmentis, in quibus rationalismum, quem dicimus, vel certe eius vestigia causam discedendi ab Hesiodo detegere possumus. Sunt autem hæcce:[158]) Frg. 1: Omnibus, diis hominibus, monstris bestiis certus datur ortus. Incerta quam poeta præbet Cupidinis genealogia Acusilao non iam sufficit. — Frg. 2: Titanum sororibus quoque nomen debetur. — Frg. 5: Scriptorem revera Hesiodum refutasse posito ac concesso, Acusilai genealogiam eo ortam esse suspicor quod ei Phorcys talium monstrorum pater notior erat: sibi nota conjungit. — Frg. 7: Ubique certum ordinem, continuationem, gradum instituit logographus. — Frg. 10: vide ad frg. 1. — Frg. 13: Phæacum sedem, cui *Δρεπάνη* nomen erat, connectit cum *δρεπάνῃ*, qua Uranus mutilatus fuerat: sibi nota conjungit. — Frg. 15: Auctor res notas, etiamsi Hesiodus earum mentionem non fecerat, certo inserere ordini operam dat. — Frg. 25: vide ad frg. 1. — Frg. 26: Sibi nota conjungit, taurum scilicet Europam rapientem cum Cretico. Non Iuppiter tauri forma indutus, sed taurus a deo missus amatam aufert. — Frg. 27: Acusilaus exponit, cur Coronis Ischyn Apollini prætulerit: causæ allatæ indicant, quantopere Acusilai interfuerit, fabulosa abicere. — Frg. 32: Arietis vellus mari purpuratum est: optimum testimonium studii, ubique veri speciem servandi. — Frg. 38: Oreithyiæ nomen explicatur. — Frg. 39: Nulla actio sine causa. — Restant fragmenta 17 19 23, quæ tamen, cum etiam Argivorum rerum studiosum monstrent Acusilaum, alteri immisceam classi.

Vides igitur, quot testimonia studii omnia ad rationis normam dirigendi nobis occurrant pro tanta fragmentorum paucitate.

---

[158]) Quod singula attinet ad ea quæ hucusque disserui te relegaverim.

Alterius classis quasi fundamentum ponendum est frg. 16. Capite primo (p. 28 ss.) satis demonstrasse mihi videor, quantopere hoc fragmentum ipsum Argivum significet, cum primum Argivorum regem primum fuisse hominum narret. Scriptoris, qui omnia tribueret rationi, erat, non Inachum flumen primum Argivorum regem et, quod idem est, generis auctorem reddere. — Frg. 17: Pelasgos cum Argivis connectere studet neque rationem infitiatur si Pelasgis eponymum addicit. — Frg. 19: Fabulam legimus proprie Argolicam. Vulgarem præbuisse videtur fabulæ formam, quæ eo magis nostrum arriserit, quod Panoptem propter figuram ex terra ortum esse veri erat simile. — Frg. 22: Acusilaus fabulam Argis tritam (Iuno hac in urbe maxime colebatur) narravit. — Frg. 23: Vir, non femina urbis eponymus est. Quod autem Myceneus cum Argivorum generis auctore connectitur (cf. frg. 17), præclarissime illustrat, nostrum inprimis civium suorum augere studuisse gloriam. Quod deinde ex „Phoronide" hausit, idem comprobat atque confirmat.

Ansam dare recusant frg. 4 (Vulgata?) et 20.

Huius igitur classis fragmenta, quamvis non sint permulta, tamen Acusilai consilium atque rationem satis evidenter detegunt.

Quæ cum ita sint pro certo habebimus, Acusilaum Hesiodum (in iis rebus certe in quibus enarrandis Hesiodo omnino uti ei licuit) in universum secutum esse. Nam — ut prætermittam quod magnus fragmentorum numerus auctorum consensum diserte testatur neque minor ansam nobis dat ad concentum eruendum — huius necessitudinis illi quoque loci testes sunt, qui discrepantias (dilucide licet) indicant, quippe cum sententiarum varietas vel diversitas tum solum aliquid præbere posset offensionis, cum ceteroquin concentus deprehenderetur. Si vero quis id premere velit quod diversarum opinionum numerus pro fragmentorum paucitate magnus sit habendus, optimo iure ei obvertes, multo sæpius certissime dissensiones quam consensiones memoriæ traditas esse, cum nihil haberet commemoratione digni Hesiodum se-

cutum esse. Immo tam artis necessitudinis vinculis auctores connexi sunt, ut interdum eorum societas vel in emendatione confirmanda nos adiuvare possit (frgg. 8 36)

Iam vero casu factum esse non potest, ut Acusilai sententia in quadraginta quæ nobis præsto sunt fragmentis ter et vicies (ne dicam sæpius) cum Hesiodea conjuncta sit vel poetam respiciat. Immo, vir doctus quondam auctores consulto inter se comparasse ac composuisse videtur (Cf. inprimis frgg. 6 18 29 31.) Quomodo enim aliter illud explicabis, quod posteri Acusilaum — scriptorem certe per se non notissimum — hac conjunctione dignaverunt, dum eum rarissime cum aliis auctoribus collatum invenimus? Præterea ad id animum advertas quod in nonnullis fragmentis sententia allata nusquam nisi apud Hesiodum et Acusilaum legitur (frgg. 18 31), quippe qua re verisimile reddatur, alios auctores, licet idem habuerint, ex conspectu abiisse, nostri vero opinionem, quod cum Hesiodea fuerit connexa, usque ad hunc diem esse servatam. Cui necessitudini omnino maiorem fragmentorum numerum debemus.

Priusquam hoc caput concludamus, restat ut statuamus quænam „Hesiodi" carmina noster expresserit vel respexerit:

Θεογονία: frgg. 1 2 3 4(?) 6 7 8 9 11 13 25 (39).

Κατάλογοι, *Ἠοῖαι*:[154]) frgg. 17 19 (Aegim.) 20 21 22[155]) 24(?) 27 28 29 30 32 33(?) (36) (37) (38).

Μεγάλαι Ἠοῖαι: frgg. 5 23 31.

Frg. 18: Hesiodi Catalogis verisimiliter addixit Kirchhoff, Odyss.² p. 328, Rzach Aigimio tribuit. — Frg. 34: Catalogi primum deprehendimus sententiam; sequitur Magnarum Eœarum locus. — Frg. 35 certam inserendi ansam non præbet.

154) Discernenda sunt: *Ἠοῖαι, Κατάλογοι: Μεγάλαι Ἠοῖαι,* F. Leo, Hesiodea, Ind. schol. sem. æst. 1894 Gott.

155) Sic Rzach²; Bethe, Theb. Heldl. p. 174. Melampodiæ assignarunt frg. 22 Marckscheffel et Ruhnken.

Clementis Alexandrini atque Iosephi testimonia si iam examinamus, eos non erravisse nobis concedendum est. Scriptor enim qui opus vel fragmenta Acusilai obiter tantum inspiciebat et ultro de necessitudine quæ inter auctores intercesserat certior factus erat, Acusilaum carmina Hesiodea soluta expressisse oratione dicere poterat. Neque quod quidem nostrum attinet Alexandrinus mentitus est cum diceret *ὡς ἴδια ἐξήνεγκον*; nam ne vestigium quidem detegere possumus, Acusilaum fontem suum nominatim attulisse;[156]) immo, si iure ait Clemens, Eumelum et Acusilaum, quæ ex Hesiodi carminibus hausissent, quasi propria in publicum protulisse, inde colligere possumus, nomen Hesiodi ab illis occultatum esse. Testimonium Clementis, cui Acusilai libri in manibus non fuerint, non plane certum est. At nostrum non solum Hesiodi compilatorem fuisse me tibi hucusque iam demonstrasse magnopere confido.[157]) Vocabulum **διορθοῦται**, quod Iosephus exhibet, bene se habet; sine dubio Acusilaus ea corrigere volebat quæ ei ab Hesiodo non satis recte dicta esse videbantur.

Hæc iam sufficiat ex meo consilio dixisse de hac re.

CAPUT IV.

Variæ quæstiones ad Acusilai libros pertinentes.

Quibus perpensis restat, ut cetera quæ de Acusilao eiusque libris erui possunt paucis exponamus. Quæ quamquam permulta esse nequeunt propter fragmentorum paucitatem,

---

[156]) Schwartzii sententia (Pauly-Wiss. s. v. Akusilaos) qui locos obscuros nostrum interpretatum esse statuit et exempla affert frg. 8 et 12, meo quidem iudicio minime est probata; cf. adn. 34.

[157]) Ita iam optime Bernhardy, Griech. Littg. I p. 257.

ne dicam inopiam, tamen spero me nonnulla accuratius adumbrare posse, ita ut paulo clarior nobis eluceat scriptoris imago.

Primum quidem quæramus, num præter Hesiodum alios Acusilai fontes enucleare liceat. Multa certe non exspectabis, cum noster rationi omnia tribuere studiosissimus sæpius propriam suam proferat sententiam, et dicta eius tum plerumque nobis servata esse, cum auctoris opinionem a ceteris abhorrentem continuissent, facile cognoscatur; alter fons ei erat, ut vernaculo sermone utar, die Lokaltradition. Si quæ proferre velis, erunt hæc: Homerum ab Acusilao non plane respui indicant fragmenta 3 (? *O* 144) 7 (*Φ* 193 ss.) 11 (*δ* 365 s.) 12 (*Υ* 296 ss.; præter Homerum ex fonte nobis ignoto hausit) 40 (? *ϱ* 207). At videmus scriptorem nostrum Hesiodum, i. e. carmina ipsa in Græcia orta, diligenter in usum suum convertisse, Homerum vero, i. e. epos Asiaticum, minus respexisse. — Frg. 16 et 17 „Phoronidis" vestigia exhibent. — Itidem carmen epicum spectat frg. 22.[158]) — Frg. 27: Pindarum secutus esse videtur. — Frg. 36 condicio similis est. — Stesichori narratiunculam ostendit frg. 33. — Frg. 13: Alcæus eandem quam noster præbet sententiam. — Quo frg. 39 referendum sit non constat (Hom.; Iliu Pers.; hymn. Hom.?). — In omnibus his fragmentis propter frustulorum exiguitatem sterilitatemque difficillimum est dictu, num Acusilaus ex scriptore, cuius cum Acusilao concentum probare possumus, revera hauserit an auctoribus idem fons (vulgata fortasse) manaverit. Plane nihil certi iam vero de ratione dici potest quæ sit inter æquales: Aeschylus frgg. 19 20 21 (fortasse utrique fons epicus subest, Schwartz l. l.). — Frg. 4: Epimenidis i. e. falsarii tempus non plane constat; et Acusilaus et „Epimenides" fabulam vulgatam rettulisse videntur. — Præsertim quod Argivorum res attinet, auctorem fabulas Argis tritas scripsisse veri est simillimum.

---

158) Bethe, Theb. Heldenl. p. 173. 100, 35. Schwartz l. l. addit frg. 4; sed de Epimenide nil certi constat.

Iamiam rationem qua in genealogiarum libris componendis Acusilaus usus sit, paululum inspiciamus. Prosæ orationis scriptorum qui Thucydidem antecedunt, Hecatæi Xanthi Pherecydis Herodoti aliorum dico reliquias si perspicies, nonnulla omnibus hisce auctoribus communia tibi occurrent: eadem ne Acusilao quidem desunt. Eo igitur et fides augetur fragmentorum et auctoris ætas fere definitur.

Acusilaus genealogias composuit sicut Hecatæus Pherecydes. Initium facit a rerum primordiis, deinde de diis narrat, sequuntur historiæ et genealogiæ mortalium, quorum auctores profert (frg. 16 s. 20 s.): Pherecydem in comparationem voces. Num etiam usque ad sua tempora historiam deduxerit, pro certo et explorato haberi nequit, cum vestigium non inveniatur, unde hoc suspicari liceat.

Non tales auctor quales sibi traditos repperit mythos semper exhibuit, sed nascitur cernendi studium arsque iudicandi, non ita sane, ut fabulas a veris factis distinguere possit; sed quoniam mythos fabulasque pro vera habet historia, lacunas explet, discrepantias solvit, inordinata digerit, soluta componit, cuique sive deo sive mortali, et monstro et bestiæ certum ortum atque nomen attribuit. Huc faciunt omnia fragmenta quæ certam exhibent prosapiam; præterea nominatim afferam frgg. 1 2 5 10 13 14 15 21 23 26 35 (39).

At in rebus simpliciter enumerandis atque enarrandis minime acquiescit; certum earum instituit gradum: frgg. 7 16 23. Hominum gentium populorum urbium (κτίσεις) nominibus derivandis atque explicandis operam dat. Unde originem duxerint, quid sibi velint, demonstrat: frgg. 13 14 17 23 (38) (40). Omnibus rebus factisque causam apponit, sive fabulæ formam alteri anteponat sive propriam fingat causam: frgg. 22 27 29 33 (39!). De scriptoris studio spretis fabulosis omnia ad rationis normam dirigendi cf. p. 72.

Hæc omnia studium patefaciunt conscribendæ historiæ bene comparatæ, continuatæ, dispositæ, ut uno verbo dicam,

pragmaticæ. Neque historicum suo tenore infitiantur frgg. 35 et 39 (fabulam usitatissimam spernit).

Quæ cum ita sint non miraberis, Acusilaum etiam temporum rationi (quam apud Hellanicum demum plane excultam deprehendimus) operam navasse. Huc pertinent omnia fragmenta quæ quidem historiam exhibent proprie Argivam, in quibus progenies ad generis auctorem referuntur, in quibus *κτίσεις* enarrantur. Nominatim afferam fragmenta hæcce: Frg. 16: Phoroneus primus mortalium est, Argivorum rex primus. — Frg. 7: Achelous fluviorum veterrimus. — Frg. 17: (?) Nioba Iovis amatarum prima. — Frg. 23, quo stemma ex primo mortali ortum continetur. — Frg. 35: Haud dubie temporum ratio causa fuit cur Acusilaus homines interdum tam *μακραίωνας* reddiderit. Platonis vero locus (Tim. 22 A, cf. p. 28) expressis verbis nobis testatur, in sæculorum ordine Acusilaum historiam suam ædificavisse. Quod erat logographorum.

Rei geographicæ nil nisi vestigia detegere licet: frg. 40.

Quamvis vero pro fragmentorum numero undique eluceat Acusilai propositum fabulosa abicere, tamen auctor similiter atque Hecatæus alii nondum consilium omnia quæ contra naturam repugnent tollendi pertinaci studio prosequitur.

Sed ad alia transeamus. Scriptorum quorum supra feci mentionem, præterea fuit, patriæ sive urbis sive terræ proprias componere historias:[159]) Acusilai conferas fragmenta 12 16—19 22—29 31 (36) (37).

Ut paucis complectar: Scriptor esse voluit is qui fabulas et res gestas non simpliciter sed ita narret, ut simul exponat eventa unde originem ceperint et quomodo inter se cohæreant — quem nos diceremus pragmaticum.

Quibus perlustratis videamus, quænam Acusilai libri complexi sint et quomodo auctor materiem disposuerit. *Γενεηλογίαι* operis fuisse titulum (quod certe non ante IV a. Chr. n.

---

[159]) Charonis Lampsaceni *Ὧροι Λαμψακηνῶν*, Eugeonis Samii *Ὧροι Σαμιακοί*, Xanthi Lydii *Λυδιακά* etc.

sæculum libris appositum est) dilucide apparet ex fragmentis 12 32 (36), præterea ex Suida s. v. *Ἀκουσίλαος*, ex Ioseph. c. Ap. I 3, ex Menand. *περὶ ἐπιδεικτ.* in Rhett. Gr. IX p. 144 Walz. Haud secus intellegenda est vox *ἱστορία* fragmenti 7.[160]) Hoc genealogiarum opus complexus est Cosmogoniam (frg. 1—8), Theogoniam (frg. 9—11) primos homines, diluvium, Deucalionem atque Pyrrham, eorum progeniem (frg. 16 ss.), fabulas deinde (vel potius genealogias fabulis immixtis) non modo ad Peloponnesum pertinentes, Argivas dico (vide supra) Eleas (frg. 34) Sicyonias (? frg. 12) alias sine dubio, sed etiam ceteræ Græciæ, Atticas (frgg. 30 38) Bœoticas (frgg. 31 33) Thessalicas (frgg. 20 21 32); insulas spectant frgg. 13 14 40, terram continentem Asiaticam frg. 39 (frg. 15 incert.). Quasnam præterea gentes quosque tractaverit populos et quousque temporum descenderit Acusilaus, diiudicari nequit propter inopiam fragmentorum, quæ in genealogiis atque mythis sese continent. Fragmenta (neque hac in re a ceterorum huius generis scriptorum reliquiis differunt) modo genealogias exiles modo fabellas exhibent. Ita igitur auctor materiem disposuit, ut prosapias nobis proponeret, quibus tamen innecteret quas unusquisque heroum vel heroidum res gesserit quæque fata subierit.

At genealogiæ quomodo singulis attribuendæ sint libris quæramus. Librorum tamen partitionis profecto non Acusilaus, immo grammaticus quidam auctor est. Valde dolendum est, quattuor tantum fragmenta ad quæstionem solvendam ansam dare. Sunt autem hæc: Frg. 7: *ὁ γοῦν Ἀκουσίλαος διὰ τῆς πρώτης ἱστορίας δεδήλωκεν, ὅτι Ἀχελῷος πάντων τῶν ποταμῶν πρεσβύτατος.* Cf. frg. 1[3]. — Frg. 12: *Ἀκουσίλαος ἐν τρίτῳ γενεαλογιῶν κύριον ἤκουσε τὸ Ἐχέπωλος οὕτως . . .* — Frg. 13: *Ἀκουσίλαος ἐν τῇ τρίτῃ φησίν, ὅτι ἐκ τῆς ἐκτομῆς τοῦ Οὐρανοῦ ῥανίδας ἐνενεχθῆναι συνέπεσεν, . . ἐξ ὧν γεννηθῆναι τοὺς Φαίακας.* — Frg. 14: *Ὁμηρίδαι γένος ἐν Χίῳ, ὅπερ Ἀκουσίλαος ἐν γ' . . . ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ φησιν ὠνομάσθαι.*

[160]) Cf. ex. gr. Hecat. frgg. 333 338 343. Pherecydis opus modo *Ἱστορίαι* modo *Γενεαλογίαι* inscribebatur.

Librorum igitur dispositio fuisse videtur hæc: Cosmogoniam initium fecisse per se erat exspectandum, ultro vero probatur fragmentis 1 et 7 quorum alterum nominatim primo assignatur libro. Secundo libro fragmenta expressis verbis non attribuuntur. Tertium spectare vides frgg. 12 13 14, quorum primum ad Argivorum res pertinere videtur, secundum et tertium[161]) extra Peloponnesum nos ducunt. Quasnam fabulas secundus liber complexus sit me interrogabis. Acusilai ex mente primus mortalium Argivus fuit. Iam vero iudicaverim, iter fuisse naturæ, ut cosmogonia diis heroibus tractatis atque absolutis auctor ad mortalium veniret fabulas eorumque originem narraret. Neque a veri specie plane abhorret, Acusilaum non modo in fabulis enarrandis, sed etiam in loco tribuendo Argivos ceteris anteposuisse. Itaque cum cosmogonia et theogonia libro primo explendo suffecerint, non facere possum quin coniciam, nostrum in secundo libro (num etiam in parte tertii [frg. 12] incertum est) Argivorum regum stemmata fabulasque ad Argolidem pertinentes collegisse (cf. frg. 16 ss.).

Num tres tantum vel plures libros noster composuerit, in medio relinquendum est.

Restat, ut de tempore, quo Acusilaus floruerit, pauca disseramus. Non omnium hominum doctorum de hac re eadem est sententia.[162]) Illud vero uno ore omnes confitentur antiquioribus „logographis“ eum esse adnumerandum.

---

[161]) Nisi forte etiam ad Acusilaum spectare dicas Vitam Homeri (Biogr. Gr. ed. West. p. 29) .... *τινὲς δὲ καὶ Σαλαμίνιον αὐτὸν εἶναί φασιν, ἄλλοι δ'Ἀργεῖον, ἄλλοι δ'Αἰγύπτιον ἀπὸ Θηβῶν.*

[162]) Voss, De histor. Græc. I 1 p. 12 West. ita iudicavit: „At dubium. utrum Cyri et Cambysis an potius Darii temporibus floruerit Acusilaus Argivus. Saltem paullo antecessit expeditionem Persicam“. Frazer, Paus, vol. III 97 auctorem primo quinti sæculi dimidio floruisse contendit. Schwartz ap. Pauly-Wiss. s. v. Akusilaus dicit universe „aus dem 5. Jahrhundert“. Christ, Gr. Littg.[3] p. 102 post Pisistratum scriptorem vixisse putat. Ex C. O. Muelleri (Gr. Littg.[3] p. 436.) mente Acusilaus Cadmum Milesium subsecutus est. Non tam certo quam audacter Nicolai, Gr. Littg. p. 121, cum logographis spatium inde ab anno 540 usque ad a. 460 attribuat, nostrum anno 510 floruisse statuit.

Priusquam ad ipsam quæstionem accedamus, de fundamentis breviter dicam, quibus, quæ de Acusilai ætate enucleare possimus, nitantur. Duo potissimum fontes nobis præsto sunt, e quibus fortassis nonnulla de auctoris ætate haurire licebit: 1) Veterum auctorum loci et quidem ii qui tempus expressis verbis definiunt et ii e quibus aliquid concludi potest. 2) Acusilai fragmenta.

Primum fontem exhauriamus. Sed cavendum est ne quid eruere velimus ex nominibus inter se compositis atque collatis, quippe quæ plerumque ex compendiis manarunt. In eo haud quaquam veteres discrepant, Acusilaum „antiquorum“ fuisse. Ita enim nil certi de eo notum erat, ut modo septem adscriberetur sapientibus,[163] modo *ἱστορικὸς πρεσβύτατος* appellaretur:[164] quod nimirum non ad litteram intelleges; sed hoc tantum videmur nobis non sine causa concludere, antiquioribus nostrum adnumerandum esse „logographis“. Neque aliter utar iis locis qui Acusilaum cum Hecatæo Pherecyde aliis conjunctum exhibent.[165]

Sed a via tam lubrica discedamus. Ad auctoris ætatem statuendam quasi fundamenti loco ponendi sunt Dionysius Hal. et Iosephus. Dion. Hal. *περὶ Θουκ.* p. 818 c. 5: ... *ἀρχαῖοι μὲν οὖν συγγραφεῖς πολλοὶ καὶ κατὰ πολλοὺς τόπους ἐγένοντο πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου· ἐν οἷς ἐστιν Εὐγέων τε ... ὅ τε Ἀργεῖος Ἀκουσίλαος κτλ.* Dionysius igitur, cum Acusilaum ante a. 431 floruisse dicat, late nos vagari sinit, quoniam

---

163) Diog. Laert. I 41: *ἔνιοι προστιθέασιν* (sapientibus) *Ἀκουσίλαον Κάβα ἢ Σκάβρα Ἀργεῖον. Ἕρμιππος δ'ἐν τῷ Περὶ τῶν σοφῶν* (FHG III 37) *ἑπτακαίδεκά φησιν, ὧν τοὺς ἑπτὰ ἄλλους ἄλλως αἱρεῖσθαι· εἶναι δὲ Σόλωνα ... Ἀκουσίλαον* .. Clem. Alex. Strom. I p. 350 P: *οἱ δὲ Ἀκουσίλαον τὸν Ἀργεῖον ἐγκατέλεξαν τοῖς ἑπτὰ σοφοῖς.*

164) Suid. s. v. *Ἀκουσίλαος.*

165) Cf. ex. gr. Suid. s. v. *Ἑκαταῖος, Συγγραφεῖς, Ἱστορῆσαι.* Quibus locis Busolt Gr. Gesch. I² p. 149, 3 effici existimat (nempe illo *τὰ γὰρ Ἀκουσιλάου νοθεύεται*), Acusilaum Hecatæo antiquiorem fuisse. Quæ sententia, ne quid dicam gravius, incerta est; nam illud *τὰ γὰρ Ἀ. νοθ.* eodem iure ad enuntiatum modo præcedens, *συγγραφὴν δὲ Φερεκύδης,* referes. Ceterum ego quidem hoc Suidæ loco vocabulo *γὰρ* talem vim inesse nego.

terminus post quem ultima sæculi sexti decennia habenda sunt (v. infra). Angustiores fines nobis constituit Ioseph. c. Ap. I cap. 2, 6 (et ex eo Euseb. præp. ev. X 7 p. 478 AB): *οἱ μέντοι τὰς ἱστορίας ἐπιχειρήσαντες συγγράφειν παρ᾽ αὐτοῖς, λέγω δὲ τοὺς περὶ Κάδμον τε τὸν Μιλήσιον καὶ τὸν Ἀργεῖον Ἀκουσίλαον, καὶ μετὰ τοῦτον εἴ τινες ἄλλοι λέγοντες γενέσθαι, βραχὺ τῆς Περσῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατείας τῷ χρόνῳ προὔλαβον.* Quem tamen locum non ita interpretabimur, ut ex eo eliciamus, Acusilaum paullo ante annum 480 scripsisse. Immo Iosepho hoc annum 480 quod vernaculo sermone vocamus „Epochenjahr“ fuisse videtur (sicut etiam Dionysio a. 431). Antiquus enim chronologus quidam (fortasse Eratosthenes vel Apollodorus Atheniensis) Acusilaum aliosque historicos antiquiores, quorum ætas non plane definita erat, certum in annum rettulit (hoc enim fuit chronologorum veterum consuetudo). Nihil igitur ex Iosephi loco concludere licet nisi quod chronologo illo iudice Acusilaus initio sæculi quinti floruit; quare auctorem nostrum Herodotum antecessisse non sine gravi causa iudices. Neque repugnat, immo confirmat iudicium Ioseph. c. Ap. I cap. 3: . . . *διδάσκων, ὅσα μὲν Ἑλλάνικος Ἀκουσιλάῳ περὶ τῶν γενεαλογιῶν διαπεφώνηκεν, ὅσα δὲ διορθοῦται τὸν Ἡσίοδον Ἀκουσίλαος, ἢ τίνα τρόπον Ἔφορος μὲν Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν, Ἔφορον δὲ Τίμαιος καὶ Τίμαιον οἱ μετ᾽ ἐκεῖνον γεγονότες, Ἡρόδοτον δὲ πάντες.* Hellanicum igitur (quem ca. a. 454 natum esse iudicat U. de Wilamowitz[166]) post Acusilaum scripsisse apparet ex sententiæ ratione atque contextu

Scriptorum igitur loci nos statuere concedunt auctorem primo sæculo quinto floruisse. Idem sequitur ex fragmentis. Ex frg. 27 evidenter apparet, Acusilaum illam Coronidis fabulam non ante annum 474 scripsisse (quo anno carmen Pindari Pyth. III in publicum prodiit[167]). Quod confirmatur etiam frg. 36. Frg. 33: Stesichorum ca. a. 640—550 floruisse dicunt homines docti. Facile ex eo noster haurire poterat. — Frgg. 1 16: Plato, quem 427—347 vixisse constat, Acusilai opus novit.

166) Herm. XI 294.

167) Sitzber. d. Berl. Ak. 1901 p. 1296 s.

Id, quod soluta oratione scriptum auctoris manibus exierit opus, terminum postquem ultima sæc. VI decennia nobis indicat, quippe cum prosæ orationis disciplinam medio fere sæculo sexto primum in libris conscribendis esse adhibitam contendunt homines docti. Quamvis verisimile non sit Acusilaum ad antiquissimos prosæ scriptores pertinere, tamen eum longius amovere non licet quod quibus necessitudinis vinculis cum Hesiodo conjunctus fuerit notum habemus, genealogias vero in solutam orationem translatas primordia fuisse historiarum componendarum diserte monet Strabo I c. 2, 6.

Quamquam igitur quæstio quibus annis floruerit noster iniudicata relinquenda est tamen antiquioribus „logographis" Acusilaum esse immiscendum apparet vel ex auctoris genere scribendi. Num enim iam historicorum temporum eventa tractaverit plane incertum est: in fragmentis certe qualia nos tenemus genealogiæ et mythi[168]) tantum leguntur. Rebus geographicis atque temporum rationi nondum eam quam posteri attribuit vim. Quæ omnia illud fere tempus quod aliunde eruimus, primum scilicet dimidium quinti a. Chr. n. sæculi, confirmant: quod erat demonstrandum. Certius quid dici nequit.

Stili exempla nobis præbere videntur frgg. 7 12 39 (15 37 38 40?). Unde Acusilaum, quod certe res ferebat logographorumque erat, simpliciter sed dilucide scripsisse apparet. Elocutionem simplicem fuisse omnibusque caruisse ornamentis nobis etiam Cicero de orat. II 12 diserte testatur: „Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine ullis ornamentis monumenta solum temporum, hominum, locorum gestarumque rerum reliquerunt. Itaque, qualis apud Græcos Phere-

[168]) Herodoti historiæ mythis fere carent. — Cf. Menand. *Περὶ ἐπιδεικτ.* in Rhett. Gr. IX p. 143 s. Walz c. VI (Mueller FHG IV p. 624): *Περὶ Μυθικῶν. Ἑξῆς ἂν εἴη περὶ τῶν μυθικῶν εἰπεῖν, οὓς ἔνιοι μὲν τοὺς αὐτοὺς εἶναι νομίζουσι τοῖς γενεαλογικοῖς, ἔνιοι δὲ οὐχ οὕτως εἶναι νομίζουσι* [*τοῖς γενεαλογικοῖς*]. *Οἱ μέν γε νομίζοντες οὐδὲν διαφέρειν καὶ τὰς γενεαλογίας μύθους εἶναί φασιν, οἷον, εἰ βούλει, ὅσα γε Ἀκουσίλεως* (Ald. Heer. *τοῖς ἀκούουσι.* Vind. *τοῖς ἀκουσίο.* Ricc. 2. Par. *γε Ἀκουσίλεως.* Ricc. 1. per lacunam om.) *καὶ Ἡσίοδος καὶ Ὀρφεὺς ἐν ταῖς θεογονίαις εἰρήκασιν. Εἰσὶ μὲν γὰρ γενεαλογικαὶ αὗται, οὐδὲν δὲ ἧττον μυθικαί.*

cydes, Hellanicus, **Acusilas** fuit aliique permulti, talis noster Cato et Pictor et Piso, qui neque tenent, quibus rebus ornetur oratio (modo enim huc ista sunt importata) et, dum intelligatur, quid dicant, unam dicendi laudem putant esse brevitatem". Cf. Dion. Hal. *περὶ Θουκ.* c. 5.

De dialecto Acusilai ex fragmentis me nihil eruisse doleo,[169]) quippe quorum nonnulla quamvis auctoris contextum, quin etiam verba præbeant, tamen genuinam formam non iam exhibeant. Omnia enim fragmenta non formæ dicendi causa ideoque apud grammaticos, sed propter res ab auctore narratas nobis servata sunt. Nihilominus nostrum dialecto Ionica usum esse pro certo haberi potest propterea quod illorum temporum prosæ scriptores Ionicam adhibuisse inter omnes constat.[170])

At ea quæ mihi effecisse videor breviter repetam. Fragmenta Acusilai Argivi denuo suppleta congesta emendata sunt, quæ ratio inter ea intercedat demonstratum est. Fragmentorum fidem esse exposui et quam artis necessitudinis vinculis Acusilaus cum Hesiodo conjunctus sit ostendi; vidimus vero nostrum auctorem poetam non simpliciter exscripsisse, immo consilium quoddam atque rationem, quibus tamen ceteri quoque illius temporis scriptores non carerent, secutum esse,[171]) neque nullius pretii maiorem esse fragmentorum partem mihi concedes. Interdum enim stemmatis alicuius primus est Acusilaus atque gravissimus testis, fabularum præcipue Argivarum frustula solus nobis servavit, quin etiam ad Hesiodi lectionem confirmandam eo uti licet: ita ut **nobis** certe respuendum sit illud Tatiani:[134])

ἐῤῥέτω καὶ τὰ Ἀκουσιλάου μυθολογήματα ... παραχωροῦμεν ὑμῖν τὰ μὴ ὠφέλιμα.

De Acusilai denique persona patre etc. nil certi erui posse demonstravi, quoniam Suidæ fides sit abroganda.

---

[169]) Nisi forte illud *Ἀκουσίλεως* frg. 1[1] et Menandri (l. c.) huc trahas.

[170]) Cf. C. O. Mueller, l. c.; Schwartz ap. Pauly-Wiss. s. v. Akusilaus.

[171]) Itaque absurde iudicavisse concedes Hüllmannum l. l. p. 155 s.

